a Rticulus autem de vita eterna quam electi poſt mortem aſſequentur fuit figuratus in ſcala iacob de quo dicitur Ge. xxviij. q vidit ſcalā tangentē celum et angelos aſcendētes et deſcendētes et dominū innixū ſcale. Scala ſignificat vitā ſanctā que habet multos gradus. quia multi ſunt gradus ſanctitatis per hanc deſcendūt angeli dei vt informēt homines et aſcendūt vt angelis vt videant dominū qui ſcale innixū ceius quidē viſio erit vita beata. fuit et figuratus in terra promiſſionis quā filij iſrael poſt tranſitū deſerti poſt multos labores multaque prelia adepti fuerūt. ſic et ſancti poſt tranſitū deſerti huius ſeculi ſequentes ducatū columne nubis et ignis i. vite ſalu. atoris poſt multos labores bonorū operū poſt multas victorias vitiorū et hoſtiū ſpiritualiū beatificam vitā que eterna erit finaliter aſſequentur. Sub iſto articulo continetur fides de morte eterna reprobis debita que fuit figurata. Nume. xvi. vbi dicitur quod Chore dathan et abiron et multi alij propter peccatū ſuū viui deſcenderet in infernū ſic et reprobi viui vita natura li priuati vita gratie et glorie deſcendūt in infernū et tunc erit verū quod dicitur Math. xxv. quod ibūt reprobi in ſupplicium iuſti autē in vitā eternā. Etiā figurantur per pincernam pharaonis cui dixit Joſeph Memento mei cū tibi bene fuerit et cetera. Reprobi autē per piſtorē qui amputato capite ſuſpenſus eſt in cruce. Ge. xl.

De prefiguratione vnitatis eccleſie

a Rticulus de vnitate eccleſie fuit figuratus in archa noe in tabernaculo federis in templo ſalomonis et in iheruſalē terreſtri. In archa fuerunt congregata animalia de omni ſpecie et genere. ſic in eccleſia que ſancta fuit vel conuenit de omni genere maſculus et femina liber et ſeruus homo irrationalis et vicus noe. Archa ferebatur ſuper aquas et eccleſia fertur ſuper tribulationes huius mundi. ad archā columba rediēs portauit ramū oliue et ipſa ad eccleſiā ruerteris ſpiritualiter denūciat pacē. In mūdo inquit preſſuram habebitis in me autē pacē. Joh. xvi. Extra illā archā nullus ſaluari potuit ſic et extra eccleſiam nullus poteſt eſſe ſaluus. De his dicitur Ge. vij et viij. In tabernaculo et in templo colebatur et adorabatur deus. fiebant ibi ſacrificia per que remittebantur peccata. et peccatores reconciliabantur deo. ſicut ſola eccleſia eſt in qua verus cultus offertur grata ſacrificia reconciliantur peccatores et remittuntur ibi peccata vnde dicit eccleſia. Credo vnā ſanctā eccleſiam catholicā ſanctorū communionē. remiſſionē peccatorū. in qua ſola eſt ſanctorū cōio et remiſſio peccatorum. ibi iheruſalem erat ciuitas ſacerdotalis et regia. ſic excellentius ſancta eccleſia. quia in eaſdem omnes chriſtiani ſacerdotes et reges facti in ſanguine ihū xpi. Apoc. v. ſic igitur habemus totū fidei continentiā in ſcriptura veteri multipliciter figuratā et cetera.

De prefiguratione cauendorū ſ. vij capitaliū vitiorū et tranſgreſſionis. x. preceptorum.

q Uantū ad ſecūdū ſ. cauēdū quod peccata que omnino cauere debemus ſunt figurata multipliciter ſ. lepre plaga. de qua Leui. xiij. In lepra mariae de qua Nume. xij. In lepra giezi de qua iiij. Reg. v. In morticiniis et immundicijs que fuerūt in multis locis prohibita in lege. peccatū enim etiam facit leproſū et ipſū eicit a conſortio angelorum. facit etiam animā immundam et ferendū plus quam eſſet aliqua legalis immundicia. vel aliquod morticinū faceret. Septē autē peccata mortalia fuerunt figurata per ſeptem funes quibus ligatus fuit ſamſon. Judicū xvi. Sunt enī peccata quedā vincula et funes quibus ligantur peccatores ne libere poſſint incedere vel operari. Decē ſūt tranſgreſſiones contra xpi precepta decalogi fuerunt figurata per x. cornua beſtie. Dan. vij. de quibus egreditur ei. loquens contra deum blaſphemias per quod deſperatio et finalis impenitentia figuratur. Sic ergo habemus quod peccatum in generali et peccatorū numerus multipliciter fuerūt in ſcriptura veteri figurata et cetera.

De prefiguratione malitie ſuniorū ſpiritualiū

q Uantum ad tercium notandū ꝙ inimici ſpūales qui nos ꝑ peccato fuerint et gratia dei et virtutibus ſpoliant in ſcriptura veteri figurantur in ſerpēte qui ſeduxit Euam Gene. iij et in ſerpentibus qui percuſſerunt filios iſrahel. Nume. xxj. et in vrſis et leone quos interfecit dauid. i. Regū. xvij. et in duobus vrſis qui deuorauerunt. xlij. pueros iiij. Reg. ij. Et in duobus principibus latronū Iſboſeth filium ſaul ij. Reg. iiij. Et in duobus draconibus de quibus habetur Heſter. x. Demones enim qui per ſerpentem. vrſos et dracones figurantur aliquando perſequūtur eccleſiam manifeſte ſicut leo. Aliquādo occulte ſicut draco et ſerpens et latro figurantur etiam per illos qui perſequebantur filios iſrael in deſerto. contra quos pugnauerunt Moyſes et Joſue. Et non vacat a myſterio ꝙ nunꝙ potuerunt ſuperare Jebuſeos per quos carnis vicia que nūꝙ perfecte in hac vita de lege cōmuni ſuperantur figurantur. Figurantur etiā per goliath ſaulē et abſalon ꝑſecutores dauid. Item figurantur ꝑ egiptios. chaldeos medos perſas. grecos romanos. hebraici populi perſecutores.

De ꝑfiguratiōe virtutū et efficacie ſacramētorum

q Uantū autem ad quartū notandū ꝙ arma et remedia quibus ſanantur peccata et vincūtur ſpūales inimici ſunt. vij ſacramēta. vij virtutes. vij. dona. et. vij. bona ſpūalia.

Septē ſacramēta ſunt figurata multipliciter et primo de prefiguratione baptiſmi.

b Aptiſmꝰ figuratus fuit in diluuio Ge. vij. In mari rubro. Exo xiiij. Sicut enim in diluuio et in mari rubro fuerunt conſumpti omnes peccatores. ſic in baptiſmo xpī ſanguine rubricato omnia peccata delentur.

De ꝑfiguratiōe ſacramēti cōfirmationis

c Onfirmatio fuit figurata ī vnctione regū. hoc enim ſacramento xpiani roborantur in fide et ſicut reges ad ſpūalia bella preparantur. vide de vnctione ſaul i. Reg. x. et de vnctiōe dauid i. Reg. xvi.

De ꝑfiguratione ſacramēti eucbariſtie

ſ Acramentum eucbariſtie fuit figuratū in oblatione melchiſedech ꝙtū ad ſpēs offerebat enim panem et vinū Ge. xiiij Et in agno paſcali ꝙtū ad cōtentū in ſacramēto quod ē vera caro xpī ex. xij. Et i mānā ad ſaporē ſpūalem Exo. xvi. habebat enim mānā omne delectamentum et ſaporē ſuauitatis. Sap. xvi. et multo fortius in ſacramento altaris figuratum etiam fuit per omnia ſacramenta antique legis.

De ꝑfiguratione ſacramēti penitentie

ſ Acramentū autē penitentie ꝙtū ad contritionem in gemitu dauid fuit figuratum de quo in pſal. vi. Laboraui in gemitu meo et cetera Et in fletu ezechie. iiij Regū. xx. Quantū ad cōfeſſionem fuit figuratū in leproſis de quibus ꝑceptum eſt vt ſe oſtenderēt ſacerdoti. Leui. xiij. Et in confeſſione dauid qui dixit poſtꝙ peccatū cōmiſerat peccaui domino ij reg. xij Quātū ad ſatiſfactionem fuit figuratū in facto regis Niniue. Uide Jone. iij quā per humilitatē et ieiunia domino ſatiſfecit Quantum autē ad vniuerſa figuratur hoc ſacramentum per ſeptem lotiones quibus ſe lauit Naaman in Jordane et mundata fuit eius lepra. iiij Regū. v Jordanis interpretatur iudicium. et ſignificat penitentiam per quam peccatores ſe iudicant ne iudicentur a domino et in hoc Jordane ſe debet lauare ſepties contra ſeptem peccata mortalia vt ſic mundetur ſpūali lepra. Figuratur etiam per x ſaga cilicina quibus tegebatur tabernaculū. Exod. xxvi que pīra x. ꝑcepta decalogi ſunt x. tranſgreſſiones que figurātur ꝑ x plagas egypti Uide in Exodo. de quoti media egreditur. xi. i. deſperatio et finalis impenitentia que fuit figurata per x. cornua beſtie ſicut dictum eſt ſupra. Et figurantur hec. x. mala non ſolum per x. cornua verum per x. apoſtolos de quibus in. pſalmo lxxxiij. Moab et agareni et cetera vide gloſam eius interpretationes contra que. x. mala debet ſe

peccator purgere ſi factus ell anis penicet ſic vulnus aperiatur et virus egrediatur

De prefiguratione ſacramenti ordinis.

Sacramentum ordinis fuit figuratum in inſtitutione ordinis leuitarum et miniſtrorum tabernaculi de quibus in ii. Numerorum. Et in ordinatione ſacerdotum de qua Exo. xxviii. Precipue autem fuit figuratum ſacerdotium eccleſie i ſacerdotio Melchiſedech de quo Ge. xiiii. Sacerdos enim eccleſiaſticus non eſt ſacerdos ſecundum ordinem leui ſed ſecundum ordinem melchiſedech ut pſal. cix.

De prefiguratione ſacramenti matrimonij

Sacramentum autem matrimonij noue legis fuit figuratum in matrimonio quod fuit inter Adam et euam. vnde ipſe dixit propter hoc relinquet homo patrem et matrem et cetera. Ge. ij. Adam enim non legitur habuiſſe niſi vxorem vnicam vnde ibi dicitur adherebit vxori ſue non vxoribus. Figuratum etiam fuit per matrimonium quod fuit inter Iſaac et rebeccam de quo Ge. xxiiij. Ipſe enim Iſaac fuit vnicus vnice propter hoc immunis fuit ab illa maledictione quam incurrit Lamech qui primus induxit bigamiam Ge. iiij. Et tale debet eſſe matrimonium eccleſie. Deinde enim dicit apoſtolus ad ephe. v. Sacramentum hoc diſco magnum in chriſto et in eccleſia. Necetiam dico quin bigamia vel octogamia ſit verum matrimonium ſed tamen multum deficit a ratione ſacramenti. Nota ſuper hoc Alexander de ales in iiij. tractatu ij. ſuper precepto quod habere plures vxores fuit adulterium ipſi Lamech propter duo. Primo quia fuit contra ius naturale. ſcilicet ne facias alij quod tibi non vis fieri. Et vir non vult quod vxor diuidat carnem ſuam cum alijs et ita peccauit in deum. Secundo quia fuit contra morem et conſuetudinem et moderantiam. Ex incontinentia enim immoderata plures habuit. et ſic ſcandalizauit proximum. ſancti vero patres non commiſerunt adulterium in habendo plures. nec peccauerunt contra ius naturale quia ex meta occulta inſpiratione fuit diſpenſatum nec contra morem. quia iam erat in conſuetudinem tractum. Et nota quod cauſa diſpenſationis fuit triplex. ſcilicet propter multiplicationem cultus dei exemplo Abrahe. Ge. xvi. Item in figuram. Coniugium enim patrum ſignificabat connubium chriſti et eccleſie quod multiplicatur per contemplatiuos et actiuos ſcilicet filios et mercennarios quod figuratum fuit in vxoribus. Iacob liberis et ancillis ſiue concubinis Ge. xxx. Item propter moderantiam et temperantiam. Moderate enim appetebant antiqui patres coitum. ſcilicet propter ſolam propagationem ad cultum dei. exemplo dauid iij. Reg. xxvi. Ad maiorem autem eiuſdem rei euidentiam. Nota quod concubina dicitur duobus modis. Vno modo aſſumpta ad tempus ad prolem producendam quod dicitur aſſumpta ad tempus hoc dicitur ad differentiam vxoris et quod dicitur ad prolem procreandam. Hoc dicitur ad differentiam meretricis. talis concubina non eſt vxor et concubitus cum ea eſt fornicarius et illicitus fuit ſemper eſt enim contra legem naturalem et ſcriptam. Ius enim publicum legis naturalis dictat procreationem filiorum cum educatione et hereditatis ſucceſſione quod non poſſet eſſe niſi eſſet copula parentum inſeparabilis. Item eſt contra ius preceptum quod dicitur non facere alij quod homo fieri non vult ſibi et econuerſo. Quilibet enim vir vult vt effectus eius cui copulatur ſibi inſeparabiliter adhereat. Secundo modo dicitur concubina aſſumpta inſeparabiliter ad ſemper ſed conditionis ſeruilis et ſic erat aliter erat vxor. Sed tamen dicitur concubina qui non erat principalis vxor. vnde Ge. xvi. Sara dedit abrahe Agar in vxorem. Rachel dedit balam ancillam viro ſuo in coniugium Gen. xxx. licet autem quelibet illarum dicerentur vera vxor et inter virum et eam diceretur verum matrimonium deficit tamen a ratione ſacramenti quod eſt vnius ad vnicam vt dictum eſt. Ulterius nota hic dominus bonauentura i iiij. quod predicta diſpenſatio de pluribus vxoribus non fuit tempore nature inſtitute quia tunc non erat neceſſitas ſterilitatis neque in tempore gratie eſt quia multiplicatum eſt genus humanum ad cultum chriſti. Sed ratione vtilitatis fuit a tempore abrahe quia ante eum multiplicabantur non ad cultum dei ſed ad mala et ideo deleti ſunt de terra. Sed ratione honeſtatis ad illos ſe extendit qui vxoribus et concubinis temperantur et ad cultum dei multiplicandum ſectabantur et valebant vt. Hec autem diſpenſatio facta eſt diuina inſpiratione in patriarchis et rege dauid quando et quoniam vtriſque facta

eſt de ſemine dauid repromiſſio Et quia ſi erant iam ꝙ capita. et mutandi erant iſ/ ꝙ ſancti intellexerunt recte diſpenſationem ad omnes extendi qui erant imitatores eorum et mos fuit ex hoc introductus durans uſq ad chriſti aduentum.

De prefiguratione extreme vnctionis.

f Acramentum extreme vnctionis fuit figuratum in multiplici vnctione veteris teſtamenti. Tunc enim vngebantur reges et ſacerdotes templum et altare et certe cum chriſtianus eſt propinquus morti. tunc propinquus eſt vt ſicut rex adipiſcatur regnum glorie. vt etiam ſicut ſacerdos offerat deo ſacrificiũ laudis perpetue vt etiam eius anima templo et altari ſummus pontifex deus colatur laudetur et honoretur in eternum et propter hoc vngitur chriſtianus cum eſt propinquus morti. Vngebantur etiam antiquitus pugiles. et ſic chriſtianus in morte. quia aggreditur bellum fortiſſimum tunc enim ipſum hoſtis impetit vehementius propter quod oportet ipſum tanꝙ ſtrenuum pugilem ſtrenue dimicare. Vngebantur etiam antiquitus ſponſe cum viris tradebantur. Unde et vxor ab vngendo dicitur eo ꝙ vngeretur et certe anima chriſtiani cum debet exire de corpore debet tradi celeſti ſponſo. et traduci in tabernaculum eius vt eius caſtis amplexibus perpetuo delectetur

De p̄figuratione. vij. donorũ ſpũſſcti:

I Eptem autem dona de quib⁹ dicitur Iſa. xi. figurata ſunt per ſeptem crines capitis ſamſon quibus raſis ab eo receſſit fortitudo Judicum. xvi. et vere excluſis a capite hominiſ. i. ab anima. vij donis ſpiritusſancti recedit ab homine fortitudo. Figuratur etiam ſecundum expoſitionem Gregorii per vij filios iob. Job i. Per dona enim ſpiritusſancti adoptatur homo in filium dei perfectiſſime. ut ſit dignus hereditate ſuperna.

De prefiguratione ſeptẽ virtutum

f Eptem autem virtutes figurantur p. vij. dies q̄b⁹ deus omnia fecit et poſtea quieuit quia per virtutes illuminatur anima et in ipſis quieſcit eis per ipſas peruenitur ad requiem ſpũalem in p̄ſenti et eternam in futuro figurantur etiam per vij. dies feſtiuitatum legalium. per ipſas enim anima ſolenizat. colit deum et a vitijs ceſſat figurantur etiam per illas. vij mulieres de quibus Iſa. iiij. Apprehendent vij. mulieres virum vnum et cetera. Nemo enim eſt vir nec vir vnus vnitate grē niſi quem iſte domi ne apprehendũt.

De prefiguratione. vij. bonorum ſpiritualium et primo bonitatis crucis et paſſio ne chriſti.

t Unc etiam alia bona ſpiritualia que multum valent ad ſuperationem hoſtium ac etiam ad purgationem viciorum Primum eſt virtus crucis et paſſionis chriſti que fuit figurata in baculo dd. et in v lapidibus quos accepit de torrente cum quibus occidit philiſteum. i. Reg. xvij baculus crucem figurabat v. lapides v plagas ihũ quas chriſtianus cũ ſũ da ſue conſiderationis debet contra demones facere et ſic debellabitur hoſtis.

De prefiguratione bonitatis et orationis matris ihesu criſti.

f Ecundum autem bonum eſt virtus et oratio matris xp̄i que fuit figurata per Judith que holofernẽ occidit Judith. xiij. et heſter que amã et hoſtes populi iſrael occidi procurauit vt ĩ libro heſter et per iahel que zizaram peremit. Judi. iiij et per berſabee matrem ſalomõis de qua iij. Reg. ij. ipſa enim chriſti fuit ſponſa dei patris ſicut heſter aſſueri. fuit tamen vere mater veri ſalomonis cui dicit filius ſuus illud verbum quod dixit ſalomon matri ſue iij. Regũ. ij. Pete mater mea quod vis neꝙ enim phas eſt ut auertam faciem tuã. omnia etiam que ſalomon dicit in laudem ſponſe in li. Cant. de glorioſa matre domini ſpũaliter exponũtur.

De p̄figuratõe bonitatis virtutis. p̄latorum ſiue auctoritatis eccleſie i orando

t Tertium bonum eſt virtus poteſtas ſiue auctoritas eccleſie cuius oratio ſumme placet deo. Eſt enim ipſa vnica ſponſa chriſti cui dicit ſponſus Cant. ij Oſtende mihi faciem tuā ſonet vox tua in auribus meis vox enim tua dulcis et facies tua decora.

De prefiguratione virtutis orationis ſāctorum noui teſtamenti.

q Quartum bonum ē oratio ſanctorū noui teſtamenti qui iam cū chriſto regnāt ſcilicet apoſtolorum qui fuerunt figurati in ſanctis patriarchis et prophetis nam ſancti patriarche ſancta et pphe dictis gratiam noui teſtamēti preſignarunt et meritis populum deo reconciliare efficaciter meruerunt de quibꝰ Iſa. xxvij. Qui ingrediuntur impetu ad iacob. florebit et germinabit iſrael. et implebūt faciem orbis ſemine et cetera. Sāctorū martirū qui fuerunt figurati in ſanctis machabeis q̄ interpretātur victorioſi fuerunt enī in certamine victores Sanctorū confeſſorum qui fuerunt figurati in filijs prophetarum de quibus in i et ij Regū Sāctorum et ſanctarū virginum qui fuerunt figurati in abel q fuit primus virgo de quo Gen̄ iiij. Et in filia ſepte. Iudi. xi Et in abyſag ſunamite que fouit Dauid regem de quo. iij. Regū. i.

De prefiguratione bonorū paſtorū eccleſie.

q Quintum autē bonum eſt ſedulitas bonorum paſtorum eccleſie qui fuerunt figurati per moyſen. Ioſue. et Dauid Illi enim orando ꝙ maxime et nihilominus operando proſtrauerunt hoſtes Vnde quomodo Moyſes orādo proſtrauit amalech Exo. xvij Sic et boni paſtores eccleſie orando et operando docendo et lucis exempla miniſtrando hoſtes eccleſie ſuperant et per ipſos ſubditi ad ſanctitatis opera prouocantur.

De pfiguratiōe bonitatis diuine inſpiratōis

ſ Sextum bonum eſt diuina inſpiratio que etiam indulcorat huiuſmodi amaritudinem et illuſtrat animam contra terroſum caliginem Quantum ad primum figuratur illud lignum quod oſtendit dominus Moyſi quod cum in aquas miſſum fuiſſet in dulcedinem verſe ſunt. Exod xv. Quantū ad ſecundum figuratur per fauum mellis quē guſtauit Ionathas et illuminati ſunt oculi eius i. Regū xiiij Que etiam figuratur per angelum domini qui deſcendit in fornacē. et cetera. Dan. iij. quoniam refrigerat concupiſcentiam.

De prefiguratione bonitatis diſcrete conſiderationis hominis

ſ Septimum bonum eſt diſcreta hominis conſideratio. debet enī homo ſepe conſiderare et ad memoriam reducere. vij chriſti beneficia vij matris gaudia. vij. effuſiones ſanguinis iheſu vij ordines ſanctorum qui ſunt in patria. vij offēſas quibus offendunt homines deum per vij peccata mortalia vij plagas nouiſſimas de quibus Iob Apocal xv per quas intelliguntur. vij inferni ſupplicia vij dotes glorie quas merentur electi per vij opera miſericordie. ſeptem ſanctorum ordines figurantur per ſeptem boues pulcras et craſſas et ſeptem dotes glorie per ſeptem ſpicas plenas et formoſas omnes quia replebit per ſeptem fedas boues. et conſectas macie. et ſeptem inferni ſupplicia per ſeptem ſpicas percuſſas vredine de quibus omnibus habetur Gen. xli. Per quas ſeptem conſiderationes mundi vanitas peccati vilitas carnis cōplacentia. et demonum fraudulentia Vnde figurantur iſte ſeptem conſiderationes per illos ſeptem circuitus quos fecerunt filij iſrael circa vrbem Hiericho ipſos archa domini precedente Ioſue. vi. Sic et chriſtus qui eſt archa domini chriſtianum precedat in preſenti exilio ſit ſemper ante ſue mentis oculos et ſic ſeptem circuitus et ſeptem conſiderationes predictas faciat circum ad ipſum mundi vanitas deſtruitur Apparet igitur ex premiſſis ꝙ ſecundum ꝙ dicit apoſtolus ad

Debet ip. facta in veteri teſtamento fuerunt parabole inſtantis temporis et ſic omnia in figuram contingebant illis .i. Corinth. x. Et ſic patet primum principale huius conſiderationis tercie.

De prefiguratione correctionis noſtre in tempore gratie.

c Tres ſecundum huius tercij prin cipalis eſt ſciendum quod tempus gra tie vt dictum eſt. eſt tempus pec catis corrigendi et cauendi ad quod multum valent peccata veterum que punita fuerunt temporaliter. In quorum quidem punitionibus figurabatur punitio ſpiritualium ſempiterna ſi comittantur ſimilia.

De prefiguratione correctionis ſuperbie

a Ad correctionem enim ſuperbie et inobedientie multum valet moralis Adam figura in tunicis pelliceis eiuſque eiectio de paradiſo. que ipſe et vxor ſua meruerunt pro ſe et cunctis poſteris ſuis pro eo quod conſentientes ſuggeſtioni dyaboli ſuperbi et inobedientes fuerunt. Ad hoc etiam multum valet expulſio Saul de regno qui propter ſuperbiam et inobedientiam regnum iſrael amiſit ſicut de hoc habetur. Regum. xv et xvi. Ad hoc etiam multum valet ſuſpenſio Abſalonis in quercu qui propter ſuperbiam et ambitionem regnandi ſuſpenſus in quercu fuit a Ioab interfectus .ij. Reg. xviij. Multum etiam valet ad hoc plaga commi nata. Ezechie propter hoc quod quadam oſtentatione oſtendit babylonijs omnes theſauros domus ſue .iiij. Regum. xx. valet etiam ad hoc mors illorum principum quinquagenariorum qui ſuperbe loquentes Helye meruerunt crematum ab igne celeſti. iiij. Reg. i.

De prefiguratione correctionis inuidie.

a Ad correctionem etiam inuidie multum valet maledictio Cayn qui propter inuidiam abel interfecit. Ge. iiij. reprobatio eſau qui fratri ſuo Iacob inuidens et odio habens ſicut dicitur Gene. xxvij. fuit temporaliter reprobatus. Valet ad hoc tribulatio quam paſſi fuerunt filij Iacob qui inuidentes Ioſeph Ipſumque odio habentes ſicut dicitur Gene. xxxvij. ſuſtinuerunt propter hoc tribulatione multiplicem in egypto ſub eodem Ioſeph fratre ſuo. Valet etiam ad hoc vexatio ſaul qui inuidens Dauid nec rectis oculis ipſum aſpicere valens propter hoc quod dixerunt mulieres percuſſit Saul mille. et Dauid .x. milia fuit inuaſus a maligno ſpiritu .i. Regum xvi. Ad hoc etiam multum valet lepra Marie et ſcutatum plaga. quia inuidentes murmurauerunt contra moyſen. De maria habetur Nume. xij. de leuitis. xvij. Ad hoc etiam multum valet interfectio Adonie qui inuidens ſalomoni regi iſrael propter hoc fuit interfectus iij. Regum. ij.

De prefiguratione ad correctionem Iracundie.

a Ad correctionem iracundie valet maledictio Cayn. cui dicit dominus vbi ſupra. Cur iratus es. quare concidit vultus tuus et cetera. Valet etiam maledictio furoris ſymeon et leui. qui irati propter ſtuprum dine interfecerunt ſichimitas. Geneſis. xxxiiij. de quibus dixit Iacob maledicendo Ge. xlix. In furore ſuo occiderunt virum. maledictus furor eorum et cetera. Valet inſuper ad hoc ſubmerſio pharaonis et egyptiorum qui turbati et irati propter exitum filiorum iſrahel inſecuti fuerunt eos et tandem ſubmerſi ſunt in mari rubro. Exod. xiiij. Valet etiam ad hoc mors nabal de quo dicitur i. Reg. xxv. quod erat vir durus malicioſus et peſſimus. propterea factum eſt cor eius emortuum. et ita percuſſit dominus. Nabal et mortuus eſt

Auaricie

a D correctionem etiam peccati auaricie occurrit Achor vel achan qui accepit de anathemate de bierico regulam auream propter suam auariciam et argentum et pallium propter quod fuit lapidatus et omnia que illius erant igne consumpta Josue vij. Occurrit etiam achab qui concupiuit iniuste vineam naboth propter quam et ipsum fecit interfici dixit helyas in hoc loco in quo linxerunt canes sanguinem naboth lambent sanguinem tuum etc. iij. Regum xxi. Occurrit insuper giezi qui propter cupiditatem suam et auariciam accepit a naaman duo talenta argenti et vestes mutatorias duplices propter quod lepra naaman adhesit ei iiij Regum v voluit etiam vendere gratiam sanitatis Occurrit heliodorus qui volens rapere pecunias que erant in erario fuit verberatus egregie et positus in gestatoria sella. ij. Mach. iij

Accidie.

o D correctionem autem accidie occurrunt dena que peruagans regionem egressa ve videret mulieres illius terre fuit a sichem oppressa. Gen. xxxiiij. Filij israel qui vacantes ocio expectantes moysen fecerunt vitulum. Exod. xxxij et propter vitulum quem adorauerunt xxiij milia fuerunt interfecti. Dauid qui ocians in solario domus concupiuit bersabee cum qua et concubuit, et postea virum eius fecit interfici ij Reg xi Sodoma causa peccati occasionem dicit propheta fuisse habundantiam diuitiarum, ocium et saturitatem panis Ezech xvi.

Gule

o D correctionem autem gule occurrunt Eua, esau ionathas, loth, holofernes filij israel et sacerdotes bel propter gulam enim eua maledictionem meruit Genesis ij. Esau primogenita vendidit. Genesis xxv. Loth propter hebrietatem incestum commisit. Genes. xix Jonathas patrem offendit et aliqualiter populum turbauit j. Regum xiiij. Holofernes a Judith fuit interfectus Judith xiij Sacerdotes belis qui deuorabant que offerebantur Danio trucidati sunt Dan. xiiij.

Luxurie

o D correctionem autem luxurie occurrunt inundatio diluuij Gen. vij et consumptio v ciuitatum Genesis xix. Interfectio sichemitarum propter dinam. Genesis xxxiiij Perimo filiorum israel in deserto qui fuerunt fornicati cum madianitis eo de eo multi fuerunt percussi. Nume xxv Destructio tribus beniamyn que propter vxorem leuite quam abutendo interfecerunt quasi omnino consumpti fuerunt Jud. xix et xx capitulo Infortunium dauid cui propter vxorem vrie hoc contingit quod absalon filius suus ingressus fuit ad concubinas suas ij Regum xvi sicut propheta ei predixerat. ij Regum xij Interfectio amon propter thamar sororem suam. ij Reg xiij Infatuatio samsonis Judi xvi. Apostasia salomonis cuius cor fuit depravatum per mulieres iij Regum xi. Interfectio presbiterorum qui concupierunt susannam. Daniel. xiij

Ydolatrie.

o D correctionem ydolatrie occurrit illud Exod xxxij. Sedit populus manducare et bibere et surrexit ludere i. coram vitulo conflatili choreas ducere, vel ludere i. ad instar puerorum vitulum adorare qui opere fusorio factus erat. Pueri enim fingunt sibi de luto quedam ydola que postea pueriliter adorant. vnde nihil aliud fuit ludere coram vitulo quam ydolum factum adorare et ibidem dicitur quod leuite de mandato Moysi propter hoc peccatum interfecerunt quasi xxiij milia hominum. Illud etiam occurrit de hoc idem quod quasi omnia flagella et captiuitates populi israelitici fiebant propter ydolatrie sce-

ſus hoc ꝗtum ad pzimum pzeceptum. Ad correctionem blaſphemie que eſt cõtra ſecundum pzeceptum habes lapidationem blaſphemi. Leui. xxiiij. Ad correctionem violantium ſabbatum habes punitionem illius qui ligna in ſabbato colligebat. vide Nume. xv. hoc ꝗtum ad tercium pzeceptum. Ad correctionem vero temerarie vſurpantium officia miniſtrorum eccleſie habes percuſſionem ozie qui archam tetigit. ij. Regũ. vi. lepzam ozie qui thura incendebat. ij. Paral' xxvi. Ad correctionẽ inhonorantium parentes habes maledictionem cham qui irriſit patri ſuo. geneſis ix. Et maledictionem ruben qui fedauit cubile patris ſui cui dixit pater. nõ creſcas. Gen. xlix. Maledictionem abſalonis qui expulit patrem ſuum de iheruſalem et polluit cubilia eius. vbi ſupra. Ad correctionem homicidij habes interfectionem illorum qui interfecerunt iſboſeth ij. Regũ. iiij. et interfectionem Joab qui abner et amaſam interfecerat de quo. iij. Reg. ij. Ad correctionem mechie habes multa que ſupra ſtatim dicta ſunt. Ad correctionem furti habes lapidationem preſbyterorum danielis. xiij. Duo vltima precepta non habuerunt penã determinatam in lege. Idcirco ꝗuis tranſgreſſio ipſorum ſit peccatum mortale ac mors eterne tamen ipſorum tamen punitio non fuit alicubi in ſcriptura veteri figurata.

De prefiguratione ad correctionem malorum pzincipum.

A D correctionem autem malorum pzincipum occurrit pharao propter quem egyptus periit. Exod. xiiij. Occurrit roboam propter quem regnum iſrael ſciſſum fuit. iij. Regũ. xij. Item ſennacherib propter cuius maliciam et ſuperbiam percuſſit angelus domini. clxxxv. milia aſſyriorum. iiij. Regũ. xix. Occurrit etiam nabuchodonoſoꝛ. qui propter maliciam ſuam fuit quaſi conuerſus in beſtiam Daniel. iiij. Item antiochus de quo dicitur ij. Mach. ix. ꝙ de ipſius corpore vermes ſcaturiebant et infra dicitur ꝙ homicida et blaſphemus miſerabili vita functus eſt. Occurrit etiam tranſlatio regnorũ õ gente in gentem ꝗ maxime aſcribitur et attribuitur malicie pzincipum Eccli. x.

De prefiguratione ad correctionem malorum prelatorum.

A D correctionem malorum prelatorum occurrit heli qui fuit negligens in correctione filiorum qui de ſella corruens mortuus fuit multaꝗ mala populo acciderunt i. Regũ. iiij.

De prefiguratione ad correctionẽ malorum ſacerdotum.

A D correctionem malorum ſacerdotum occurrũt filij hely ofni et phinees qui neſcientes ſacerdotis officium i. Reg. ij. corruerunt in prelio. i. Regũ. iiij. Occurrunt etiam nadab et abiu qui obtuleront ignem alienũ et ideo fuerũt a domino percuſſi. deuorauit eos ignis. Leuit. x. Ignem alienum offerunt ſacerdotes auari et luxurioſi quos gehenne incendium deuorabit.

De prefiguratione ad correctioꝫ omniuꝫ peccatorum

A D correctionem omniuꝫ predictorum occurrit conſiderare virtutes ſanctorum veteris teſtamenti. videlicet iuſticiã noe. de qua Ge. vi. Fidẽ et obedientiam abrahe de fide hẽs Ge. xv. et obedientia. Ge. xxij. Itẽ de virtute eius et pace quã voluit habere cũ Loth hẽs. Ge. xiij. Occurrit ſecundo conſiderare ſimplicitatẽ iacob. Ge. xxv. Caſtitate ioſeph ge. xxxix. Humilitatem dauid hẽs in multis locis i. Reg. Ieiuniũ Moyſi de quo Exo. xxxiiij. Ieiuniuꝫ helye. de quo iij. Reg. xix. Abſtinentiã Iuda vide in libro illo danielis et ſociorum eius. Dan. i. Zelũ phinees qui interfecit fornicatorem Nume. xxv et Mathathie. qui trucidauit ſacrificãtẽ ſuper arã i Mach. ij. Occurrit etiam cõſiderare ſedulitatẽ laborãdi. Ruth et largitatem. Booz vide in libro ruth Patientiam. Job et Thobie vide in libris eorum. Occurrit etiam conſiderare

pelã Samuelis qui interfecit regem Agag. i. Reg. xv. et helye qui interfecit ſacerdotes Baal. iij. Regũ. xviij. Occurrit etiam conſiderare ſtrenuitatem machabeorum et martyrũ Eleazari. et illorum. vij. fratrum. ij. Macha. vi. et. vij. Sic ergo patet q̃ bene dixit apoſtolus q̃ ſacta veteris teſtamenti ſcripta ſunt ad correctionem noſtram. Dicit enim apoſtolus. i. Corinth. xi. Dum iudicamur autem a domino corripimur vt non cũ hoc mundo damnemur. Sed multum terribile eſt quod ſcriptura dicit q̃ difficile eſt corrigere quem deus deſpexerit. Eccle. vij. vere ſignum eſt diuine deſpectionis quando homo a malis ſuis non corrigitur qui totiens et in tot locis corripitur per ſcripturas. Patet ergo clariſſime ex hiis que dicta ſunt i hac tercia conſideratione q̃ omnia que predicamus de chriſto iheſu. omnia credenda. omnia cauenda. omnis inimicorum ſpiritualium malicia omnis virtutis ſacramentorũ et efficacia omnia predicta et alia fuerunt i lege et prophetis et pſalmis prefigurata. et ad noſtram correctionem ſcripta. quia omnia illa in figura contingebãt illis. i. Cor. x.

a.

Quia omnia ſcripta de venturo Meſſia impleta ſunt in iheſu chriſto.

q Uartus punctus et vltimus huius ſexti articuli ẽ videre quomodo omnia que ſcripta erant de meſſia venturo fuerunt impleta in chriſto iheſu ſaluatore noſtro. et ideo ipſe verus meſſias nec alius expectandus. Pro cuius clariore intellectu aperiuntur xij theſauri. Primus erit de tempore aduentus chriſti. Secundus de eius progenie. Tercius de aſſumptione. Quartus de loco natiuitatis. Quintus de eius nomine. Sextus de eius veneratione. Septimus de modo viuendi. Octauus de modo moriendi. Nonus de cauſa mortis. Decimus de eius reſurrectione. Undecimus de premio credentium. Duodecimus de pena perſequentium in preſenti et in futuro.

Quia verus meſſias debebat venire in deſtructione ſecundi templi et ablatione ſceptri iſrahel. et impletione. lxx. ebdomadarũ danielis.

p Rimus theſaurus aperitur de tempore aduentus meſſie. quod ſacra ſcriptura preciſe aut et ſpecifice determinauit. Pro cuius declaratione hic adducam quatuor teſtimonia. Primum eſt teſtimonium prophetarum ſecundum gloſas. Talmuth licet in illo libro reperiantur multe vanitates et abhominationes et hereſes. non ſolum contra legem euangelicam ſed etiam contra eſſentiam diuinam. et contra legem ſcripture ac contra legem nature vt ſuo loco videbitur propter que perire deberent. Verumtamen ad conuincendam maliciam eorum propriis auctoritatibus ſuorum doctorum concluditur aduentus meſſie ſicut optime fuit diſputatum cum ſapientibus eorum et concluſum et determinatum coram ſummo pontifice. Benedicto. xiij. Preſentibus pluribus cardinalibus prelatis et magiſtris in theologia et aliis multis notabilibus perſonis. Anno domini. M cccc xiij xviij pontificatus eiuſdem ſummi pontificis. Secundum eſt teſtimonium inquiſitionis iudeorum. Tercium erit teſtimonium ioſephi hyſtoriographi eorum. Quartum erit teſtimonium Pylati qui eum tradidit crucifigendum arbitrio eorum. De primo dico q̃ tempus aſſignatum aduentus meſſie erat in fine ſecundi templi Hieruſalem pauloante deſtructionem eiuſdem templi. vt patet Malachie iij vbi dicitur. Ecce ego mitto angelum meum. et preparabit viam ante faciem meam et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos queritis et angelus teſtamenti quem vos vultis Ecce venit dicit dominus exercituũ. In dicto textu ſunt tria vocabula que ſignificant ſuum aduentum multum prope. Primum eſt ecce quod oñdit rem preſentẽ ãn nos. Secũ eſt ſtatĩ quod oñdit rem breuiſſimã vel ſine tpe Terciũ eſt ecce venit. Itez quando dixit ad templum ſuum oſtendit q̃ in hora ſui aduẽ

tuo eſſet templum edificatum et in bono ſta
tu per contrarium illius quod credunt iudei
qui dicant q quando ipſe veniet: inveniet
ſon in captivitate et templum deſertum.
Item ſecundo ſicut dicit Iſa. ca. lvi. Hec di
cit dñs. Cuſtodite iudicium et facite iuſticiam
q iuſta eſt ſalus mea ut veniat et iuſticia mea
ut reveletur et declarant doctores hebreorum
in bereſith rab a i. geneſi magno. Rabi moſ/
ſe darſan quod voluit dicere iuſta eſt ſalus
mea, ut veniat et iuſticia mea ut reveletur hoc
dicatur pro rege meſſia. propter quod dicit
Daniel capitulo ix. et adducatur iuſticia ſe/
piterna. Item tercio dicit Zach. ix. Exulta
ſatis filia ſyon iubila filia iheruſalem. Ec/
ce rex tuus veniet tibi iuſtus et ſalvator ipſe
pauper et aſcendens ſuper aſinam et ſuper
pullum filium aſine. In quantum dicit cecere
mus oſtendit eius adventum breviſſimum.
Et quod reſtat in hoc textu oſtendit q loqui/
tur de chriſto iheſu quia in tali habitu intravit
in iheruſalem. Multum facit admirari quo/
modo omnes iſti prophete fuerunt concor/
des ut omnes una voce dicerent adventum
meſſie eſſe tam propinquiſſime et q poſtmo
dum retro ceſſerit tanto tempore a tempore
ultimo predictorum prophetarum uſq ho
dic cum tranſierint iam ultra mille ſeptingē
anni. Invenimus enim balaam Numeri.
xxiiij. dixiſſe prophetando pro rege david.
Videbo eum ſed non modo intuebor illum,
ſed non prope. et ab eo uſq ad david nō fu
erunt niſi quadringenti anni modicum pl9
Quare per verum habemus dicere q pauco tē
pore poſt dictos prophetas habebat eē ad/
ventus meſſie. Dicet iudeus per dicta pro/
phetarum bene oſtenditur eſſe advent9 meſ/
ſie in brevi. ſed quomodo probabitur et q
ille adventus fuit in fine templi ſecundi in
eadem hora qua fuit adventus iheſu chriſti
Dico q hoc oſtenditur multum bene mul/
tis auctoritatibus prophetarum et rationibus et
primo per Iſa. capitulo ix. qui dicit. Parvus
eſt enim natus eſt nobis, et filius datus ē
nobis. Et factus eſt principatus ſuper hu/
meros eius, et vocabitur nomen eius admi/
rabilis conſiliarius deus fortis pater futuri
ſeculi, princeps pacis multiplicabitur ei9
imperium et pacis non erit finis. Non ē du/
bium quin iſta prophetia loquatur de meſ/
ſia quia impoſſibile eſt aliquem hominem
carnalem in quo non ſit divina natura inti/
tulari tam excellentiſſimis titulis. Item q
ipſimet doctores hebreorum dicunt hoc in
prologo hecaraben. i. lamentationes magne
Ubi dicit rabi Oze galileus in nomine meſ/
ſie eſt pax. quia ſic ſcriptum eſt pater futuri
ſeculi, princeps pacis. Item in libro canhe
drin in capitulo quod incipit totus iſrahel
dicit rabi thanhum. Que eſt ratio q quecū
q mem que eſt in medio vocabuli eſt aper/
ta et hec eſt clauſa. Reſpondet quia deus vo/
luit facere de Ezechia meſſiam et venit vir/
tus iudicialis et dixit ante deum dominus
mundi. David qui dixit ante te tot cantica
et tot laudes non facis meſſiam et Ezechi/
am pro quo feciſti tot miracula et non dix/
it unum canticum ante faciem meſſiam et
ideo deus clauſit mem. Et illa hora exivit
filia vocis i. vox revelatio et dixit ſecretum
meum mihi ſecretum meum mihi ve mihi.
Et declarat rabi Salomon q dicebat deus
hoc ſecretū de adventu meſſie meum eſt. Et
q propheta reſpondit ve mihi vult dicere.
O miſer quando veniet ille meſſias. Ex
predictis auctoritatibus poſſimus elicere tres ꝯ
cluſiones. Prima q meſſias eſt ipſemet de9
us quia predicti tituli non poſſunt iuſtifica/
ri niſi de ipſomet deo. Secunda concluſio ē
q meſſias natus eſt de matre exiſtente vir/
gine quia illa littera mem, poſita in verbo
multiplicabitur. quod in hebraico dicitur
leviarbe offer dit nomen eius quod ē in he/
braico menem. In latino mana ambo no/
mina incipiunt in illa littera mem ſed in rec/
ta ſcriptura quaſi curſu naturali debebat eſſe
mem aperta Inq̄tum vero eſt clauſa per con
trarium et contra naturam totius ſcripture
oſtendit dictam menem vel manam de clau/
ſam ſive virginem. Sic enim contra curſum
nature concepit et peperit. quia non ex viri/
ſemine ſed myſtico ſpiramine. Tercia cō/
cluſio eſt que ad propoſitum facit q dicta
mem clauſa oſtendit tempus advent9 meſſie
punctualiter quia hec prophetia fuit dicta
in quarto anno regis Achaz et ab illo an/
no uſq ad deſtructionem primi templi que
facta fuit xi. anno regis Sedechie tranſierūt
c. anni. Item duravit captivitas Baby
lonie. lxx. annis Templum ſecundum q edificavit
neemias duravit cccc.xx. annis ſi ſubtraham9
xl. annos qui tranſierunt a paſſione xpi uſq

ad deſtructionē templi per Titū remanēt ſeptē anni q̄ tranſierūt ab hora i qua dicta fuit p̄dicta prophetia vſq̄ ad paſſionem xp̄i. et ita tum ſumat mendaciſa in numero ſm̄ hebreos. cuius figura in habedario hebreoꝝ ſẽ et qb⁹ ſeq̄t ꝙ illa mēdaciſa oñdit nobis de⁹ illa duo ſecreta cū dixit. ſecretū meum mihi ſecretum meum mihi. Primum ꝙ mat̄ mei ſic debebat eſſe mana ſiue virgo. Secundo ꝙ tempus ſaluationis aduentus meſſie fuit punctu alter ſeptenoꝛium annoꝛum a reuelatione prophetie vſq̄ ad paſſionem ſaluatoris. Iterum poteſt idem probari vna auctoritate que eſt in medraſſupbin. i. gloſa pſalmoꝝ vbi dicit rabi Iohanan tribus annis cum dimidio ſtetit gloria domini in monte oliueti dando voces et dicendo.

Querite dominum dum inueniri poteſt inuocate eum dum prope eſt Iſa. lv. Itē dixit in bereſit raba i. in geneſi magno rabi moyſes darſan. Quid voluit dicere ſalomon in cantico canticoꝛum ca. i. quando dixit Exultauim⁹ et letabimur in te quando hoc erit. Quando pedes dei ſtabunt in monte oliueti illa hoꝛa exultauimus nos leti. Dico ꝙ manifeſte apparet quia iſti tres anni cū dimidio ſunt illa dimidia ebdomada quam dixit daniel propheta. Confirmatur autē pacum multis. Inuenimus enim ꝙ ſic fuit quia ſaluatoꝛ noſter recepit baptiſmum in etate. xxx. annoꝛum et deinde vſq̄ ad temp⁹ paſſionis fuerunt quaſi tres anni cum dimidio quibus ambulauit per galileam et per montem oliueti conuocando homines ad penitentiam et reſpectu huius dicebat predicta verba. Iſa. recitata per rabi Iohanan ſcilicet querite dominū dum etcetera vt ſupra. Itē pōt probari manifeſte ꝙ aduent⁹ meſſie debet eſſe in predicto tempore per auctoritatem quandam hebreoꝛum que eſt in libro canhedrin in ca. quod incipit totus iſrael et in libro Abadazara ca. i. vbi dicitur: ſic legitur in ſtudio Delie ſex mille annis eſt mundus duo milia vanitatis duo milia legis et duo milia meſſie. Sed propter peccata noſtra iam ſunt extra magna pars. Itē in code ca. dixit Delias rabi iuda nō eſt minus mundus ꝙ quinquaginta quinq̄ iubilei. in vltimo iubileo veniet filius dauid. gloſa Rabiſalomon illud ſumite quatuoꝛ mille ducenti et quinquaginta anni. et in vltimo iubileo fil⁹ dauid veniet. Notū eſt ꝙ mon meſſie fuit circa tempus. quando impleſunt quatuoꝛ mille anni a creatione mundi et poſito ꝙ non inueniatur punctualiter ꝙ eſſent illa hora quatuoꝛ mille anni non diminuunt quia maioꝛ deceptatio ꝙ ſi hec inuenitur in verbis dei in textu legis ca. deus dixit abrahe. Scias ꝙ futurum eſt ſemē tuum in captiuitate in terra aliena quadringētis annis et quando fuerunt liberati dictempus ꝙ fuerant ccccxxx. anni. Et poſtq̄ bene viſitauimus computum inuenim⁹ ꝙ ex quo Iacob deſcendit in egyptum vſq̄ quo fuerunt liberati per manus moyſi non tranſierunt niſi. ccx. anni. Item ſi bene nūcrami computum inuenimus ꝙ ſubtracto capitutatis non fuit niſi quaſi centum anni. ergo ſecūdum hoc non eſt mirum ſi doctoꝛ dixit ſex mille annos de duobus in duobus milibus ergo facta acciderunt circa illam tmiſſionem modicum plus vel minus. Et poſito ꝙ dicat aliquis ꝙ ſm auctoritatē illam tēpus aduentus redemptoris deberet eſſe plenitudine quatuoꝛ millium annoꝛum poſt deſtructionem templi [illegible] ꝙ ſaluatoꝛ foret ducentis annis anticipata ante computum doctoꝛis. Dico ꝙ eſt mirabile quod Eſa. in fine capituli. lx. illud prenoſticauit dicendo Ego dominus in tempoꝛe ſubito faciam iſtud et qui habent oculos ad vidēdum poſſunt intelligere ꝙ rationabilius ē ꝙ aduentus ſaluatoris anticipaueritur ꝙ gratia dei ducentis annis. Ante tempus ſuum ꝙ in preteritum tranſeundo milleducentis anti poſt quatuoꝛ mille non veniendo. Itē ad ampliorem probationem dicte concluſionis inuenimus quod dicit Talmud iheruſalem ita in libro berehot in capitulo hicore et me quarabeti. i. lamentatio magna dicit ſic. Accidit vni iudeo qui ſtabat laborando ꝙ dedit mugitum bos tranſiens vnus arabs audiuitq̄ vocem bouis et dixit fili iudei fili iudei ſolue ſolue. ſolue. tuos boues et tuum apparatum quia ſanctuarium veſtrum deſtruitur. Iterum bos dedit ſecundū mugitū et dixit arabs iudei fili iudei liga tuos boues et prepara illos quia natus eſt rex meſſias. Et dixit et iudeus quod eſt nomen ſuum. Reſpondit menahē. i. conſolator. Dixitq̄ et iterum iudeus et quomō eſt nomen ſui patris. Dixit e

Ezechias. i. fortitudo dei dixit tercium iude os. Et ubi natus est dixit ei. In bethlee3 iude. Dicit rabi abon. Et quis oportet eis fiere ab arabibus quod textus clarus est in Esa qui dicit Libanus cum excelsis cadet et dicit statim post. Et egredietur virga de radice yesse. Ex predicta auctoritate elicuntur et multum bene quatuor conclusiones. Prima quod adventus messie fuit circa destructionem templi Secunda quod messie nomen est menahem quod sonat in hebraico cosolator quia per manum eius fuit consolatum genus humanum de peccato Adam. Tercia quod est filius dei quia nomen patris quod hic intitulat ipse quod est ezechias significat in hebraico idem quod deus fortis. Quarta quod natus est in bethleem Item dicit Talmuth in beresit rabba amiq narrat rabi Samuel filius nahaman. Unde ge nabis tu quod in die in quo fuit destructio templi in illa die natus est messias de quo dicit Esa. c. lxvi. Antequam parturiret peperit antequam veniret partus eius peperit masculum in hora qua fuit destructio templi dederunt voces israel sicut mulier existens in partu et dicit ionathas in translatione chaldaica antequam ei veniret angustia fuit saluata et antequam veniret dolores partus reuelatus est rex messias. Item dicit in eodem libro rabi sim uel filius Johanan semel ibat Helias per viam in die qua fuit destructum templum et audiuit unam filiam vocis id est reuelationem clamantem et dicentem Templum sanctum vadat ad destructionem quando illud audiuit helyas imaginatus est quod posset destruere mundum et venit inuenit homines arantes et seminantes et dixit eis Deus est iratus contra mundum et vult destruere domum suam et captiuare suos filios inter gentes et vos intromittitis vos ipsos in vestris operibus? Et exiuit altera vocis ratio et dixit. Dimitte eos facere quia iam natus est saluator israhel Dixit ipse et ubi est ille dictum est illi In bethleem iude. Iuit illuc et inuenit mulierem quandam sedentem in porta domus sue et filium eius inuolutum in sanguine et iacentem sub ea dixitque ei filia. Filium peperisti et dixit sic. Et ait ei. Et quid est hoc quod sic est inuolutus in sanguine Redit grande malum est quia in die in quo natus est destructum est templum. Dixitque ei. Surge filia et accipe eum quia permanium suam debet esse magna saluator. In illa hora surrexit mater et accepit puerum et ipse recessit in do us ad quinque annos et in fine quinque annorum dixit. Ibo et videbo saluatorem israel si nutritur in forma regum vel angelorum. Iuit ergo et inuenit mulierem in porta domus sue et dixit ei filia quid est de illo puero. Respondit ei rabi. Nonne dixi tibi quod cum malo nutritur quia in die qua natus est fuit templum destructum et ultra hoc quia habet pedes non ambulat oculos habet et non videt Aures habet et non audit. Os habet et non loquitur et sic iacet sicut unus lapis et dum ipse loqueretur cum ea insufflauit ventus a quatuor partibus mundi et proiecit eum in mari magno et tunc hora Helyas sciditur vestimenta sua et euulsit capillos suos et dixit ve quis perdita est salutio israel. Et exiuit una filia vocis id est reuelatio et dixit Helya Non est sicut tu cogitas sed quatuor centis annis habitabit in mari magno et lxxx annis ubi ascendit fumus circa filios chore. et lxxx annis in porta rome quod remanet annorum per omnes etates usque ad finem.

Ecce quomodo apparet manifeste ex omnibus predictis auctoritatibus aduentum messie esse in destructione templi. Sed iudeus potest arguere dicendo, quod predicte auctoritates probant aduentum et destructionem fuisse cadentes sic sed veritas non est sic quia a die passionis usque ad destructionem transierunt xl anni. Ad hoc potest ei optime duplex responsio. Prima quod istud nomen dies accipi potest tripliciter scilicet stricte large et largissime. Primo accipitur prout sol est super orizontem. Secundo accipitur pro xxiiij. horis. Tercio accipitur pro omni tempore sicut inuenimus in Esa. c. xx. usque ad xxvi. Ubi sepe fit mentio de hoc nomine dies et necessario habet accipi pro magni tempore quod est annorum. Secunda responsio est quod si templum bene durauit post passionem .xl. annis. veritas tamen est quod in hora passionis perdidit templum omnem sanctitatem suam et cessauerunt omnia miracula que fiebant in eo. Nolite ergo querere o iudei maiorem destructionem quam istam. Unde dicit Talmuth in libro de Joma in capitulo quod incipit septem dies legunt magistri decem miracula que fiebant in domo sancta scilicet quod abortiunt ex odore carnis sancte Non fetebat caro sancta aliquo

c Irca primū punctū poſſet aliquis dicere quod moyſes nō fuit ſingularis in dādo legē. Quia ſm Iſidorū quinto ethimologiarum ca i. Multi fuerūt qui dederunt leges. Quia primus qui dedit leges grecis fuit Foroneus rex. Primus qui dedit leges egyptiis fuit Mercurius trimegiſtus. Primus qui dedit leges Athenienſibus fuit Solon. Primus qui dedit leges lacedemoniis fuit Ligurgus. Iſte fecit legē quod ciues hererum libertate et gende magiſtratus et rectores. Iſte diuiſit ſolū iis in domibus quod in vineis et aliis prediis per equale ne quis poſſet dici potentior alio. Iſte fecit iuuenes vna veſte non āplius toto anno viuerentur ne permiſit aliquem cultius alio progredi. nec opulentius epulari. Qui ſingula non pecunia ſed compenſatione mercium coemi iuſſit pueros puberes non in forum ſed in agrum deduci iuſſit ne primos annos in luxuria ſed in labore et opere agerēt nec prius in vrbem redirent quod viri facti eſſent. Statuit virgines ſine dote nubere. vt vxores non pecunie cauſa eligerentur ſed virtutis et ſic matrimonia dūius permanerent. Maximum honorem non diuitum et potentum ſed ſenum eſſe ſtatuit. Demum vt ſuis legibus eternitatem daret iureiurando obligauit ciuitatem nihil mutaturos priuſquam reuerteretur. Profectus eſt autem cretā ibi voluntarium exilium perpetuo egit moriens quod abiici illa oſſa in mari iuſſit ne forte lacedemones ſe ſolutos crederent iureiurando ſi corpus eius reducerent ad ciuitatem. Primus qui dedit leges romanis fuit numa pompilius qui primus ſucceſſit Romulo in regno. Deinde cum populus ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet. x. viros legibus ſcribendis creauit qui leges ex libris Solonis in latinum ſermonem tranſlatas in tabulis expoſuerunt. Paulatim autem antique leges vetuſtate atque incuria perierunt. Noue a Conſtantino ceſare ceperūt et reliquis ſuccedentibus erant permixte et inordinate. Poſtea Theodoſius minor auguſtus ad ſimilitudinem gregoriani et hermogeniani codicem factum conſtitutionum a Conſtantini temporibus ſub proprio cuiuſque imperatoris titulo diſpoſuit. quem ſuo nomine theodoſianum vocauit. Iuſtinianus vero qui imperauit anno domini quingenteſimo xlii et imperauit annis xxxviii. Hic leges ciuileſque romanas que erant nimia prolixitate admirabili

breuitate correxit et ad .xij. libros coartauit. Et de omnibus vnū codicem ordiauit quē codicē Justinianū appellari voluit. Fecit etiam librum institutionum quē in quatuor distinxit libros in quibus legū primordia continentur. Nouas quoqꝫ leges quas ipse fecerat in vnū ꝫ volumē redactas nouellas vocari voluit que communiter autenticę appellantur et sunt per collatōes distincte. Omniū etiam magistratuū et iudicum seu iuris consultorū leges que duorū milium librorū esse videbantur abbreuiari fecit et ad numerū librorū quinquaginta redigi. ipsū qꝫ librū digestorū seu pādectarū vocari mandauit. quibꝰ legibꝰ hodie totus mūdus ordinatur et regitur. Jn isto principe concurrit potētia sapiētie et diuinis cultus. pꝫ potētiam hostes superauit. per sapiam mūdū iustis legibꝰ ordinauit. per diuinū cultū deum et ecclesiā edificijs et alijs operibꝰ honorauit. Cū ergo omnes predicti leges dederint ostensū ē pꝫ euidēter qꝫ moyses in dando legē non fuit singularis. Respondeo et primo declaro quid est lex. secūdo distinguam nomē legis. tercio soluetur dubitatō. Circa primū dicitur qꝫ lex est quoddā speciale vinculū quo homines tenentur et ligantur ne per actus illicitos euagent. Sicut enim animalia siluestria nō domātur nisi primo fortibus vinculis teneantur qꝫ sꝫ nūqꝫ domita efficerentur si sine vinculis ad voluntatem suam vagari dimitterētur Sic vero necesse fuit vt leges et mandata a deo et a suꝑioribus fierent. vt infra limites istas vagabiles mores hominū corrigerentur et dolmarentur. Homo enī qui sicut vir vanꝰ in superbiā erigitur et sicut pullū onagri se natū liberū putat vt dicitur Job. xi nūqꝫ perfecte corrigeret vel domaretur si sine legis vinculo vagari ad arbitriū sineret. Et idō certa ad ligandū mores hominū ne vagarentur. constituta est lex triplex. s. lex nature. diuine aute et humane aute. Lex nature est illa insignibilis certitudo quā deꝰ in sinderesi conscie collocauit. ne quis excusari possit. quevniqꝫ dictat et ostendit quid bonū vel quid malum de qua dicitur ad Ro. ij. Cū gentes q̄ legem non habēt ea que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex vide ibi. Lex diuine aute ē quā dedit deꝰ moysi in scriptis. Et ideo dicitur lex scripture ex quā xp̄s in illa pmissus implens vacuitatem cꝰ veniēs ex genere humani amore per seipsū dedit. et eis cordibꝰ impressit sinceꝑ fidelibꝰ dereliquit. et idō dicta est lex amoris. Lex vero humane aute ē illa qua ad regimē humanū principes statuerunt de qua dicitur i. Cor. vij. Lex i homine dominatur quanto tpe viuit. Circa terciū ad predictā dubitatōnē dicitur qꝫ verū est moysen in dādo legem esse singularē. et verum est qꝫ alij qui dicti sunt dederūt leges qꝫ moyses dedit legem diuinam. Alij vero leges dederunt humanas ait em bīus Jsidorꝰ vbi supra. Moyses gentis hebree primꝰ omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. vt infra capitulo ij ponens differentiam inter leges diuinas et humanas dicit. Omnes autem leges aut diuine sunt aut humane. diuine natura humane moribus constant. Jdeoqꝫ he scilicet humane discrepant quia alie alijs gentibus placent. Si ergo moyses in dando legem diuinam fuit singularis et solus. nullo quo singularis fuit propheta suscitatus de medio debebat et assimilari sequitur qꝫ ille propheta debebat dare legem diuinam qd solū impletum est in ihesu christo saluatore nostro qui dedit legem euangelicam que lex diuina ē et noua sicut Moyses dedit legem diuinam antiquam. Quo ad secundum punctum scilicet vtrum ihesus verus messias debuit dare legem diuinam aliam a lege Moysi dico qꝫ sic. Ad quod probandum adduco tres fidelissimos testes: quorum primus ē Jsaias qui in capitulo ij. quod ad litteram exponitur de messia inter cetera dicit. De syon exibit lex et verbum domini de iherusalem: quod verum est in ihesu nazareno vero messia et in eius discipulis et apostolis qui inceperunt verbum predicationis in iherusalem et continuauerunt et publicauerunt per totum mundum quia in omnem terram exiuit sonus eorum etc. Declarat rabi Salomon super verbo. eleuabitur super omnes colles cap eodem dicens. Quid vult dicere. et eleuabitur super colles. Nisi quia miraculum quod erit factū in eo erit maius qꝫ miracula montis synai et carmeli et thabor. Et quod est illud miraculum est illud quod dicit. De syon exibit lex.

Jtem dicitur in midras tusim. id est in glosa psalterij super illud. Domi-

De armatura omnium fidelium

ne ī fortitudīe tua letabit rex ſic ergo dicitur
ſic. Quid voluit dicere Yſaias in c. xi. quan
do dixit In illa die erit radix Ieſſe que ſtat
in ſignū populorum ipſū gētes deprecabūtur
et erit ſepulchrū eius glorioſū. Dixi rabi ha
ma non veniet rex meſſias niſi vt det genti
bus ſeculi mandata ſicut tabernacula pal
mee et phylacteria. Sed ſi appareret intenti
one huius doctoris q deus debebat dare
legē nouā in qua eſſent mandata cerimonia
alia ſicut in lege veteri. Et quia facit mentio
nem aliquarū cerimoniarum legis antique
non apparet q ſit ſua intentio q meſſias v
beret dare illas eaſdē cerimonias. cū cā pro
pter que date fuerunt in illo tempore ſit iam
preterita. etiam tpe meſſie nō eſt locus vt den
tur. Item dicit in midras ſichaſirim i i gl.
canticorū ſuper textu ca. primi vbi dicitur.
Oſculetur me oſculo oris ſui dicit rabi Ia
byda In hora ī qua iſrael audiuerūt ex ore
dei Duo prima mādata legis fuerūt firma
ta ī cordibus ſuis. taliter q nō tradiderūt obli
uioni. Venerūt ad moyſen et dixerūt Tu ra
bi oportet q tu ſis mediator inter deum et
nos ſicut ſcriptum eſt Exo. xx. Dixerūt mo
yſi Loquere tu nobis et audiemus non lo
quatur dominus nobis ne forte moriamur.
Ex illo tūc docebat eos Moyſes legem. et
qui addiſcebant obliuioni tradebāt et dice
runt Sicut moyſes ē carnalis et tranſiēs ſic
doctrina ſua tranſit a nobis et dixerunt Ra
bi. vtinā vellet deus ſecūdo oſtendi nobis et
tū oſcularetur nos oſculis oris ſui. taliter q
ſua doctrina reſirmaretur in cordibus noſtris
Et dixit eis moyſes. Doctrinā petitis ſed hoc fi
et in tpe Meſſie erit quia ſic ſcriptum ē Hie
re. xxxi. Dabo legē meā in viſceribus eorū
et in cordibus eorū ſcribā eā. hec ibi. Hec eſt
illa lex quā cū magna inſtantia petebat da
uid ſecūdū teſtem in pſal. cxviii. Legem pone
mihi domine viam iuſtificationū tuarum.
et exquiram eam ſemper. Dic pōt quem a iu
deis quā legē hic petebat a dño dauid nō le
gem moyſi q eam iam habebat ergo aliam q
dicit viā iuſtificationū tuarum et hec non ē
alia niſi veri meſſie Ihesu nazareni que iu
ſtificat. lex enī moyſi nō iuſtificabat nec eius
ſacrificia patet q illa ſacrificia de per ſe nō
placebant deo necnon lege inſtituta ſunt.
Hiere vii. Hec dicit dñs nō ſum locutus cū
patribus veſtris in die qua eduxi eos de ter

ra egypti de verbo holocauſtorum et victi
marū ſed ſi q dicit Rabi Moyſes de egy
pto. Iſta ſacrificia non fuerunt data niſi vt
retraherentur a ſacrificijs ydolorum et in ſi
gnū huius non fuerunt data populo niſi poſtq
populus ad ydolatriā declinauit vitulū
conflatilē adorando. Ideo voluit deus ma
gis ea ſibi offerri q ydolis et de hoc pulcre
tractat ſanctus Tho. prima ſecūde q. cij. ar.
ticulo iij. in corpore et deinde per totū. Item
pz q ſacrificia legis moyſi non iuſtificaue
runt qi ſemp cū eorum oblatione requirebatur
oblatio ſacerdotis pz in leuitico. Sz ſi ſo
li ſacerdos eſſet malus et indignus: verum
ex auditu a domino eorum nil valebat eo
rum ſacrificium. et hoc eſt q dicunt docto
res theologi in quarto q ſacrificia valebāt
non ex opere operato ſed ex opere operante
Secus eſt de ſacrificijs veri noſtri meſſie Ihesu
nazareni. que valent ex opere operante et
ex opere operato vt patet in baptiſmo q
quantumcūq ſit malus miniſter et peſſimus
etiam in deus et infidelis qui tamen facit
quod eccleſia intendit baptiſmus comple
tur ſuum effectum. Petebat ergo dauid le
gem veri meſſie Ihesu nazareni que iuſtifi
cat dicens Legem pone mihi domine iuſti
ficationum. etc. Hec eſt illa lex ſcilicet Ihesu
nazareni data in monte ſyon non in monte
ſynai de qua teſtatur teſtis ſ. Hieremias xxxi
ergo dicit. Ecce dies veniunt i. deſt tempus
ra noui teſtamenti dicit dominus et feriam
domui iſrael et domui iuda. i. fidelibus ex
iſtam confitentibus generaliter et credenti
bus ex iudeis ſpecialiter ſecundū quod d
ſ ad Ro. xiij. Primum vobis oportebat lo
qui verbum dei et cetera. fedus nouum le
gem nouam. Lex enim frequenter in veteri
teſtamento vocatur fedus non ſecundum pa
ctum quod pepigi cum patribus veſtris in
die qua eduxi eos de terra egypti q
num fecerunt ipſum multiplicater [illegible]
dicendo ſicut patet in libris Iudicum
et Paral. Ecce q expreſſe dicit prophe
tam veri meſſie quam vocat fedus no
ſtrum pactum debere eſſe aliam a lege
et dicit non ſecundum pactum quod
feci cum patribus eorum in die qua
eos de terra egypti ſcilicet cum dedi [illegible]
gem in mōte ſynai. Qui a ergo alia [illegible]
eſſe lex meſſie promiſſa. f. [illegible]

Moysi videnda est differentia inter utramque legem que non una sed multe incomparabiles dicte sunt de quibus attestimonium sacra scriptura specialiter doctrina beati pauli qui plenius quam omnes alii auctores novi testamenti locutus est ostendens quod in ipsa erant mysteria ipsius cessavit usus legis moysi quam prio erat. Et de diversis pluribus suis epistolis colliguntur hic, propter ordinem et addam unam vi sic sit xv. differentie que per ordinem sunt iste que sequuntur videlicet lex Moysi est lex carnis. lex christi est lex spiritus lex Moysi est lex timoris lex christi est lex amoris lex Moysi est lex figure lex christi est lex veritatis lex Moysi est lex oneris ponderosi et sine commodo lex christi est lex suavitatis levitatis et multi fructus lex Moysi est lex servitutis lex christi est lex libertatis lex moysi est lex que occidit lex christi est lex que vivificat lex Moysi est lex mortis. lex christi est lex vite lex Moysi est lex que est vetus peccati lex christi est lex que est plenitudo gratie lex Moysi est lex antiquitatis et debilitatis lex christi est lex novitatis et fortitudinis lex Moysi est lex vacua lex christi est lex habundantie lex Moysi est lex imperfectionis lex christi est lex perfectionis lex Moysi est lex noctis lex christi est lex diei lex Moysi est lex tenebrarum. lex christi est lux lucis clare lex Moysi est lex ministerium damnationis et christi est lex iustitie et salvationis. lex Moysi est lex particularis. lex christi est lex generalis Omissis primis tamen propter prolixitatem earundem quas diligens lector in predictis epistolis poterit investigare contra quamlibet conditionem legis moysi poterit concludere non secundum pactum etc. ut supra. Ultimam solum pro presenti intendo pertractare cum hec sit inter ceteras propria differentia utriusque legis lex enim moysi fuit particularis propter multa. Primo quia lex servi scilicet Moysi. Secundo quo ad populum quia fuit data particulari et limitato populo scilicet descendentibus ab Abraham per Ysaac. Tertio quo ad precepta cerimonialia sacramentalia et iudicialia que solum obligabant populum limitatum scilicet iudeorum et non alios homines mundi propter quod ille populus fuit dictus peculiaris Quarto erat limitata et particularis quo ad locum scilicet terre promissionis in qua obligabantur iudei et non in altera implere multa suorum preceptorum habentibus in se certos limites et terminos. Quinto quo ad tempus quia habebat durare tempore limitato scilicet usque ad adventum Messie lex vero christi est lex ultra. Primo quia lex domini universi sicut lex moysi lex servi. Secundo est lex universalis et sine aliqua limitatione quia mandat suis apostolis dicens. Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature Marci ult. Et quod baptizaret omnes gentes et doctrine non doctrinam Moysi servi sui sed quam ipse dominus precepit eis et propterea data et notificata lege que est universalis et communis omnibus gentibus statim cessavit lex moysi que erat particularis data ubi cum una est incompatibilis et dico incompatibilis non solum quia observantia utriusque non potest esse in una persona que ad plenum eas servet sed vera hoc incompatibilitas est respectu diversarum personarum cum una lex christum ad observantiam debitam ipsius repellat, et in expulsam mittat alteram non solum ab illa persona in qua stat vel a domo civitate regno vel imperio sed a toto mundo. Et ideo melius dicitur quod una lex alteram totaliter annullat volo dicere quod non potest esse lex dei ordinata ad salutem animarum quam observando homo meretur paradisum nisi una sola que est lex gratie cui est incompatibilis lex scripture. Est ergo altera lex christi a lege Moysi. quia una particularis et altera universalis ergo non secundum pactum et cetera ut supra et sic cessare debuit lex moysi sicut particularis adveniente lege christi que est universalis et communis sicut maior dando locum maiori. Quo ad tertium punctum in quo querebatur et quo verus messias o e debebat dare legem sicut Moyses et aliam a lege Moysi. utrum debuit scribere legem illam in pellibus. petrus vel aliquibus aliis extrinsecis Videtur enim quod fuisset valde rationabile quod ipse fecisset aliquem librum facere scripture cuius ipse fuisset principalis actor et scriptor. quia quelibet scientia habet suum principalem actorem sicut gramatica donatum logica aristotelem, geometria euclidem Ad hanc questionem respondetur ex dictis sancti Tho. ult. parte summe. q. xlij articulo iiij quod non fuit decens aut conveniens quod christus legem suam aut aliquem librum de sua doctrina scriberet propter quasdam rationes. Primo ne derogaret dignitati sue. Quia oportuisset scribere

miracula et ſanctitatis e pa p ipſū facta et fa mā quā habuit in populis que oīa eſſent i ſidē ſui que licet ſine ſuperbia ſcribere poſ ſet in mēbr⁹ ūū bonum nō careret arro gantia. Secūda rō ne tolleret auctorita tem ſpiritui ſancto licet ei in diuiſis ſit trinitatis adextra ſm aug. in enchiri et ad Pollētiū. xxvij q. i. Sic ei ſm cō tur patri auctoritas i mūdi creatiōe contas filij in mūdi redēptione et ſpūs ſancti in bonum internā in ſpiratione. et ſcripturarum per ſanctos conſcriptiōe Vn̄ o dicit in plogo moralū. qꝫ ſacre ſcri pture auctor eſt ſpūs ſanctus Et apoſtolus ij Thi. iij. qꝫ ſacra ſcriptura eſt diuinit⁹ inſpirata et vtilis ad docēdū Quod autem ſpiritui ſanctū pertineat ſcribere patet. qꝛ ſcribere eſt officium digitorum nunc autem ſpūs ſanct⁹ eſt dextre dei digitus. Luc. xj. ter. xj. Manus enim et lingue doctorū ſunt niſi inſtrumentū et calam⁹ ſpūſſā cti de dicit ps. xliiij. Lingua mea ca lamus ſcribe. Tercia rō nō decuit qꝫ xp̄s le gem doctrinā ſuā ſcriberet in aliquo libro p pter eorum excellentiam ſingularem ſcriptu re ordinātu ad impreſſionem doctrine i cordibus auditorum ſicut ad finē. Tūc ſe cundum doctori excellēti modus debet ſuam doctrinā tradendi et docendi. Sed excellētior modus ē doctrinam in mentibus auditorum imprimere ſicut faciebat xp̄s qꝛ ipſo ſcribere igitur nō debuit ſcribere ſed quā Vn̄ petagoras et ſocrates et xp̄s qui fuerūt doctores excellētiſſimi iſtum modū tenuerūt qꝫ nūqꝫ aliquos libros ſcri pſerunt et hec eſt ratio formaliter ſicut. Tho Quarta rō eſt vt legē nouam a veteri di ſcerneret et ſeparet. lex enī vetus dicitur lex ſcripta etiā digito qꝛtū ad precepta moralia eſſet ſcripta per xp̄m etiam poſſet dici lex ſcripta. Quia igitur illa fuit lex tunc tantū ſcripta in libris et codicibus. quia iſta fuit ſcripta ſolū in cordibus. Quinta ratio et vltima eſt propter regiā excellentiam demonſtrandā qꝛ xp̄s enī fuit rex Jhūs nazare nus rex iudeorum Job xix. Et decet regiā maieſtatē qꝛ ſua dicta et facta p ſuos notari ab eis ſcribāt et nō p ſe ſicut fecerūt quatuor euā geliſte qui tpibū veri meſſie notarij. Sic ergo patet qꝫ xp̄s non debuit legē nouā per ſe ſcri bere in aliquibus [illegible] ſꝫ ex amore ſcri pſit eā i cordib⁹ fideliū ſicut dicitur i ſupra dicta auctoritate Dicit dn̄s dabo legē meā in viſceribus eorū et in corde eorū ſcribā eam Ex predictis ſatis claret qꝫ ver⁹ meſſias de buit aſſimilari Moyſi in dādo lege et qꝫ ſi debuit dare tale legē ſicut erat antiqua ſcri legē nouā et qꝫ illā nō debuit ſcribere per ſe in aliquib⁹ [illegible] ſꝫ in viſceribus et in cor dib⁹ fideliū que oīa ad litterā ipleta ſunt in iheſu xp̄o ſaluatore noſtro. Quo ad quartū punctū qui eſt de excellentia legis noue leg ex ſupradictis differentijs claret manifeſte ſpecialiter tamē eius excellentia declaratur ex ſex gradibus perfectiōis. Prim⁹ ē ex oſtē ſiōe cognitiōe dei. Secūd⁹ ex cōrectiōe rati onabilitate in mādatis vel moribus. Tercius ex miraculorū claritate. Quart⁹ ex eccleſie ſtabilitate. Quintus ex diuina bonitate Sext⁹ ex ameniſſima promiſſorum iocūdi tate. Circa primū gradū notandū ē qꝫ lex moſayca quo ad fidē vnius dei erat ipſa cta. quia licet in illa fuit aliqualis noticia vnius dei et etiam chriſti in quodam gene rali non tamen fuit ibi noticia explicata tri nitatis perſonarum in vnitate eſſentie necq conſequens incarnationis. Cuius ratio eſt quia ſicut cognitio naturalis procedit de im perfecto ad perfectum vt dicitur. i. phiſicorū vnde et pueri vocant primo omnes viros patres et omnes feminas matres et poſtea diſtinguunt. Ita ſimiliter ſupernaturalis co gnitio diuini fuit in lege veteri qꝫ in noua. in qua per chriſtum veritas iudee eſt reuela ta propter quod dicit ſaluator Jo. xvij. Pa ter manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi. Ipſe enim manifeſtauit expreſſe trinitatem perſonarum patrem no minādo a quo etiam aliter proceſſit per gene rationem dicens Jo. xvi. Exiui a patre et veni in mundum ſcilicet in vtero beate vir ginis carnem aſſumendo ſpiritū ſanctum p mittendo Jo. xv. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre qui procē ſus ſpirituſſancte ab vtroqꝫ. Nominauit etiam expreſſe trinitatem perſonarum in for ma baptiſmi Mathei xxviij. Euntes do cete omnes gentes baptizantes eos ſcilicet In nomine patris et filij et ſpirituſſancti.

Manifeſtauit etiam vnitatem eſſentie. Johan. x dicens. Ego et pater vnum ſu mus. Hoc eſt qd Johannes in ſua prima

canonica.c.v dicit ex p̄sse. Tres sunt qui te-
ſtimonium dant in celo pater verbum et spūs
sanctus. et hi tres unum sunt. In figura hu-
ius Moyses loquebatur ad populum vela-
ta facie vt habetur Exo. xxxiiij. quia myste-
ria fidei nostre erant figuris et enigmatibus
velata. sicut supra late declaratum fuit. Jesu
guri etiam huius velum templi fuit scissum
in ebatu passione ad ostendendum q̄ declara-
ta et manifestata erāt que prius latebant
sub velamine. ppter quod ipsa lex noua tan-
q̄ perfecta in cognitione est donum perfectū
descendens a patre luminum. vt dicitur Ja-
cobi primo patet ergo q̄ cognitio dei perfe-
cta est in lege noua que imperfecta fuit i ve-
teri. ppter quod patres veteris testamēti po-
terāt dicere illud quod scribit̄ i. ad Cor. xiij
Ex pte cognoscimus et ex pte ppbetamus.
i imperfecte Secundus gradus quo ostendit̄
q̄ lex noua pfectissima est ex cōuentoū rō-
bilitate vel mādatis vel monitis. quod vt
clarius videatur ostendit̄ imperfectio legis
mosayce quo ad tota corp̄ suum, s quo ad
pcepta moralia et iudicialia et sacramētalia
et cerimonialia. Primo enim in lege moysi
pcepta moralia fuerunt imperfecta et dicun-
tur moralia pcepta illa que sunt de dictami-
ne rationis etiam si nulla lex esset sicut est il-
lud mandatum quod scribitur. Exod. xx.
Honora patrem tuum et matrem tuam etc.
Et similiter illud quod p modum monitio-
nis scribitur Leui. xix. Coram cano capite
consurge et honora personam senis et sim-
ilia Quod autem ista fuerunt imperfecta de-
claratur dupliciter. Primo quia pcepta mo-
ralia in lege Moysi ordinabant actus ho-
minum exteriores tantum ppter quod apo-
stolus ad Romanos .iij. vocat legem mos-
ysi legem factorum De actibus autem inte-
rioribus in quibus consistit bonum morale
nihil ordinabat aut parum. Sed contra
hoc est quod habetur Exo. xx. et Deute. v.
Nō concupisces vxorē pximi tui et cetera. di-
cendum est secundum aliquos doctores q̄
ta i.e. concupiscentia non prohibebat vt inge-
tum erat omnino latens in corde sed inq̄s-
tum prorumpebat exterius per aliqua signa
vel per verba scurrilia. impudicos tactus et
oscula et cetera huiusmodi Ideo sic exponūt
Nō concupisces i. signa concupiscentie
non facies. Unde ad Phil. iij. dicit glo. q̄

lex vetus prohibebat manum nō animū vel
dicendū sm alios q̄ lex vetus prohibebat cō-
cupiscentiam animi latentem doctrinaliter hoc tn̄ erat in
paucis ? in medio et furto. Item in ibi
sufficienter prohibebat concupiscentiam. quia
non puniebat transgressores et sic patet q̄
insufficienter lex mosayca ordinabat actus
interiores Secundo declaratur sic. quia lex
mosayca etiam actus exteriores ordinabat
sicut patet Deutro. xxiij. vbi dicitur sic. Non
fenerabis fratri tuo pecuniam ad vsuram
nec fruges nec aliquam aliam rem sed ali-
no. Ibi enim pmittitur vsura cū alienis pso-
nis. quod est illicitum contra dictamen rec-
te rationis Item Deutro. xxiiij. pmittitur vi-
ro dare libellum repudij etiam causa inde-
bita. Unde ibidem subditur Si acceperit ho-
mo vxorem et habuerit eam. et non inuenerit
gratiam in oculis eius ppter aliquam foe-
ditatem scribet libellum repudij et dabit in
manu eius et dimittet eam de domo sua.
Indissolubilitas autem per totam vitam est
de dictamine rōis naturalis et sic patet q̄ lex
vetus imperfecta fuit in moralibus Et ppter
hanc imperfectionē legis mosayce dicitur peda-
gogus noster. ad Gal. iij. i. regula puero-
rum imperfectorum in quibus nō queritur pfec-
tio interior. Sed ab exterioribus inhoneſ-
tis timore discipline reprimuntur Et in
ipsis exterioribus multa eis permittuntur
que non permitterentur viris pfectis ppter
quod Aug. li. de spiritu et litera exponens
illud .ij. Cor. iij. litera occidit et cetera. dicit
hoc non tantum de cerimonialibus intelli-
gendū est sed etiam de moralibus veteris
legis. quia si non prohibebantur aliqua que
de se sunt mortifera vt patet ex predictis ppter
quod dicitur Ad Ro. iij. Ex operibus
legis non iustificatur omnis caro. Sed lex
noua perfecta est in moralibus quia perfec-
te ordinat actus humanos non solum exte-
riores sed etiam interiores et in hoc perfec-
tionē legis supplet ppter quod dicit saluator in
fecūdi li? adimplendo. M. v. Audistis q̄ dic-
tū est antiquis si occides q̄ aūt occiderit reus erit
iudicio. Ego aūt dico vobis q̄ ois q̄ irascitur
fratri suo reus erit iudicio. In quo ordinat motū
ire vt ptz Similiter lex noua actus exte-
riores ordinat nullū malū pmittendo ppter
quod dicit saluator M. xij Dico aūt vobis q̄
de omni verbo ocioso quod locuti fuerint

hoïes ſuper terraʒ reddent rationē in die iu
dicij. Si autem his ꝓhibet verbū ocioſum
per cōſequens verbū nociuū. Et multofortiꝰ
omnem actū malū propterea Math. v.
poſt ſupplettonē ꝓceptorum moralium ve
teris legis cōcludit perfectionem euāgelicā di
cens: Eſtote ergo perfecti ſicut pater veſter
celeſtis perfectus eſt. perfecit autē chriſtus
moralia precepta legis etiam cōſilia euan
gelica ſuperaddendo propter quod Mat. xix.
Iuueni dicenti ſe cuſtodiſſe mandata legis
et querenti vlterius viam perfectionis dixit
ſaluator: adhuc vnum tibi deeſt. Si vis per
fectus eē: vade et vende omnia que habes
et da pauperibus et habebis theſaurum ī
celo: et veni et ſequere me. Secundo in lege
moyſi iudicialia precepta erāt imperfecta quo
ad pater ex duobꝰ. Primo ex modo inducendi
homines ad obſeruantiā iuſticie ad quod
ordinabantur iudicialia precepta. Secūdo
ex ipſis preceptis. Primū pʒ ſic. Proprium eſt
hominis perfectioris vt inducatur ad iuſticiā
obſeruandā timore pene. Unde dicit Ora
cius libro epiſtolarum. Oderūt peccare bo
ni virtutis amore. Oderūt peccare mali for
midine pene. Hoc etiam declaratur ratione
quia illud quod cū timore fit penale eſt et nō
delectabile. Unde dicit. i. Io. iiij. timor penā
habet. Operari autē virtuoſe nō ē penoſum
eſt et perfecto ſed magis delectabile. ꝓpter quod
dicitur. ij. ethi. quod ſignū habitus generati eſt de
lectatio in opere. Lex moyſi inducebat homi
nes ad iuſticiam obſeruandam per timorē
penarum. ꝓpter quod dicitur lex timoris. Et
in ſignum huius lex fuit data in terroribus
vt pʒ Exo. xix. Iam aduenerat dies tercius
in quo ſi data eſt lex. Sequitur. Et ceperūt
audiri tonitrua et micare fulgura et nubes
denſiſſima operire montē clangorque bucine
vehemētius perſtrepebat. Timuitque popu
lus qui erat ī caſtris. Et ſimiliter facies mo
yſi apparuit cornuta quando ſecūdo appor
tauit legē in tabulis deſcriptam. et timuerūt
filij iſrael videre. Exo. xxxiiij. In cordibꝰ
enim illis deſignabatur terror et ſeritas legis
patet ergo primum videlicet imperfectio iu
dicialium preceptorum ex modo inducēdi ad
eorum iuſticiā per amorem pene. Secundo
idem patet ex ipſiſmet preceptis iudicialibꝰ
que aliquando infligebant penam innocē
ti. et aliquē culpabilem non puniebant. Pri

mum patʒ per illud quod habetur. Numeri. xxx
v. de homicidio omnino caſuali. vbi dicitur tali
qui fortuitu et abſque odio et inimicicia ī ter
fecerat hominē debebat confugere ad vnā
ciuitatem refugij. et ibi manere vſque ad mor
tem ſummi ſacerdotis qui erat aliquā per mag
nū tēpus. Talis qui erat innocēs cum homi
micidium erat omnino caſuale et inuolūta
rium ſine culpa puniebatur graui pena. quia
oportebat eū exulem eſſe per magnum tēpus
a ſua ciuitate et a ſua poſſeſſione. Secūdum
patet vbi ſubditur de tali fugitiuo innocēte
quod ſi infra terminos vrbium inuentus fue
rit. et percuſſus ab eo qui vltor eſt ſanguinis
abſque noxa erit qui eum occiderit. Debuerat
enim profugus vſque ad mortem ſummi ſacer
dotis in vrbe habitare. et ſic patet quod interfe
ctio innocentis in tali caſu remanebat ſine pe
na. que tñ eſt grauis culpa. Talis autē im
perfectio legis cōueniebat imperfectioni po
puli qui erat pronus ad effuſionem ſangui
nis. et adeo interfector a caſu remanēs ī ſua
ciuitate inter amicos interfecti erit in pericu
lo mortis quamuis innocens. et ſic de facili poſ
ſent in populo homicidia multiplicari. Et
ideo ad hec mala vitanda data eſt lex predi
cta de eius fuga. quamuis eſſet innocens. Et ea
dē ratiōe prebat lex. Si aliquis amicorum mor
tui interfecerit eum extra fines ciuitatis refu
gij vt ſic cogeretur in vrbe remanere non eſt
ſua culpa. ſed propter homicidia vitāda ab
que populus tanquam imperfectus erat pronꝰ. exē
plū idoneum ponit philoſophꝰ quinto ethi
corum dicens quod aliquando leges ſunt ſicut
regule quibus vtuntur artifices in leſbia ab
dolādū lapides. quia lapides illiꝰ regionis ſūt
male dolabiles ideo vtuntur artifices regu
lis plumbeis vt poſſint tortuoſitati lapide
applicari. ſic in veteri teſtamēto date ſunt le
ges aliquam imperfectionē habētes ꝓpter im
perfectionē illius populi. Legem euāgelica quantū
ad iudicialia eſt perfectiſſima. que inducit ad
obſeruantiā legis non per timorem pene. ſʒ
per amorem iuſticie quod eſt proprie perfectorum
vt ſupra dictum eſt. ꝓpter quod lex noua me
rito dicitur perfecta ſecundū quod dicit Iacobi
i. Qui autē perſpexerit legē perfecte libertatis. i. in
lege euāgelij que inducit hoīeʒ ad perfectionē et
liberat a ſeruitute timoris et ſeruitute pecca
ti. ſicut dñs ait Io. viij. Si manſeritis in ſer
mōe meo vere diſcipuli mei eritis et voſ cognoſce

gis veritatem et veritas liberabit vos. Itez
quia nullum innocentez punit nec aliquod
malum impunitū reliquit, qꝛ etiā verba oci
osa punienda oſtēdit vt supra dictū ē. et non
solum verba ociosa sed malas cogitatiōes
ſm quod dicitur Math. v. Ego dico vobis
ꝙ quicūqꝫ viderit mulierem ad concupiſcē
dū eā iā mechatus est in corde suo. propter
quod lex noua est perfecta. de qua pōt expo
ni illud cant. vi Una est columba mea perfe
cta mea Dicitur etiam lex noua columba me
taphorice quia est sine felle amaritudinis nl'
lum innocentium puniens. Dicitur etiam pfe
cta quia nullum malum permittens et sic ap
paret perfectio legis euangelice ꝙ̄tuz ad iu
dicialia. Tercio declaratur quō sacramē
ta veteris legis erant īperfecta Ad cuius eui
dentiam considerandum ꝙ illa sacramēta
erant ordinata ad faciendum homines ido
neos ad cultū diuinū. et iō aliqua erāt cōta
toti populo tam viris ꝙ̄ mulierib' vt purifi
cationes alique a tactu īmūdi vel mortui ꝙ
purificationes fiebant per aſperſionez aque
expiationis vt de qua habetur. Numeri. xix.
et similia. Aliqua autem erant soli s viris p
tinentia sicut circūcisio aliqua solis sacer
dotibus sicut conſecratio et vnctio sacerdo
tis et hmōi. Cuius ratō est qꝛ sacerdotes ap
plicabātur speciali modo ad cultū dei. Ista
tamē sacramenta predicta erant imperfecta
quia non conferebant gratiam sine qua nō
efficiuntur homines idonei ad cultum diui
num. Ideo sacramenta legalia dicuntur e
gena et infirma. Ad gal. iiij. vbi dicitur sic
Nunc autem cum cognouistis deum immo
cogniti estis a deo quomodo conuertimini
iterum ad egena et infirma elementa Dici
tur autem infirma. quia non conferebant a
liquam potestatem spiritualem. sicut confe
runt sacramenta noue legis. Similiter dici
tur egena. quia non conferebāt grām q̄ ne
cessaria est ad bene viuendū illa potestate.
Sz cōtra hoc videtur quia in Exo et Leui.
quasi vbiqꝫ dicitur qꝛ illa sacramēta redde
bant hoīes idoneos ad cultū diuinū. dicit
ꝙ talis idoneitas erat p quādā mūdiciam
et expiationē corporalē sicut in noua lege qꝛ
dicitur ineptus ad ministrandum et celebrā
dū ppter imūdiciam manuū. lotio manuū
reddit eum aptum. sed hec aptitudo est tan
tum corporalis. Sic erat de aptitudine que

dabat per sacramenta veteris legis. Et pro
pter hoc dicuntur illa sacramēta emūdatio
nes carnis vt habetur ad Hebr. ix. vbi dici
tur sic. sanguis hyrcorū qui offerebantur in
conſecratione sacerdotū et cinis vitule a sper
sus quo omnes mundabantur a tactu mor
tui vel imūdi vt dictū est inquinatos san
ctificat ad emūdationē carnis i. corporis.
qꝛ sicut dictū est talia non conferebāt grām
sed auferebāt quedā impedimēta seu irregu
laritates īpedientes a tabernaculi ingressu si
cut in noua lege patet p exēplū qm enim per
prelatos dispēsabatur cū aliquo illegittime
nato vel priuato vno oculo vel hmōi nō cō
fertur ad hec sibi gratia sed tantum tollitur
irregularitas. Sed cōtra hoc videtur quia se
cundum doctrinam sanctorum circūcisio
tollebat peccatum originale et per cōsequēs
conferebat gratiam vt communiter tenetur.
Dicendū secundum antiquam opinionē ꝙ
tollebat peccatum originale non tamen con
ferebat grām hec eni erat potis circūcisiōis
vt tenet a multis et magnis doctorib' quo
rum rationes ppter prolixitatē omittuntur et
in hoc differebat a baptismo qui non solū
auferebat peccatum originale. sed cōfert gra
tiam. Aliter pōt dici ꝙ si in circūcisione grā
cōferebat hoc nō erat in virtute illius sacra
menti sed in fide xpi venturi quē pstabat
ille qui circūcidebatur si adultus erat vel ali
us pro eo si puulus erat. Et hoc est quod di
citur communiter ꝙ valebat ex fide suscipi
entium. non autem ex opere operato p quē
modū valent sacramenta noue legis. patet
igitur ꝙ sacramenta veteris legis erant imp
fecta. Sed lex noua perfecta est quantum ad sa
cramenta quia illa conferunt gratiam qd il
la non faciebāt vt dictum est. propter qd di
citur Job i. Lex per moysen data est gratia
et veritas per ihm xpm facta est. ppt hec
de Johāne baptista qui per suam predicati
onem et baptismum disponebat populum
ad xpi baptismum et per consequens ad a
lia sacramenta cum baptismus sit ianua o
mnium sacramentorum. Luce i. dicitur ipse pce
det ante illum in spiritu et virtute helye pa
rare domino plebem perfectam. Sunt ergo
ablata sacramenta veteris legis et introduc
ta. vij sacramenta noue legis in quib' tanꝙ
perfectissimis sacramentis deus attulit no
bis causas salutis spiritualis. Cause āt

ſpūalis nō ſunt niſi quatuor ſicut et ſunt cauſe ſalutis corporalis. ſ. curatiua. conſeruatiua. preſeruatiua et melioratiua. Curatiua eſt duplex quedā enī totaliter ſimul curat vt baptiſmus culpā et penā delens quantū in ſe eſt quedā vero ſolum vt pnia. Conſeruatiua eſt vt cōfirmatio. in hac enī datur ſpiritusſanctus ad robur confirmationem gratie que data eſt in baptiſmo. Preſeruatiua eſt matrimonium in concupiſcentia carnalis in ruinam turpitudinis prona excipitur honeſtate ſuppreſſa ne ruat in mortale peccatum. Melioratiuus ordo in qua gradu melioratur vel augetur. vel etiam extrema vnctio que hoīē in meliori ſtatu ponit et ſecundū eam reddit quoq̄ quedā alia medicina predictis ſacramentis ſola faciens. ſ. eucharīſtia que generalis curat et ob eā animā perfectam quoq̄ conſeruat qr ps. aiij. cor hominis confirmat et etiam gratiam augmētat. Quatuor in lege moyſi cerimonialia fuerunt imperfecta. Ad cuius euidentiam notandum q̄ cerimonie veteris legis erant in quadruplici differentia. Quedam pertinent ad ſacramenta quedam ad ſacrificia. quedam ad obſeruationem et q̄dam ad ſacra. Sacra autem et obſeruationes ordinantur ad ſacrificia et ad ſacramenta. ſacra dicuntur vaſa et loca et huiuſmodi quibus vtebātur in ſacrificijs et ritu colendi. Obſeruationes dicuntur quedam modi viuendi religioſi quibus vtebantur iudei qui erant populus peculiaris ipſius dei propter q̄ cuſtodirēt ſe ab aliquib⁹ abarijs populus et veſtibus et ſimilib⁹ ex hoc quia erant populus deo conſecratus per ſacramentum circumciſionis et alia ſacramēta. Nunc autem ita eſt q̄ ex fine accipitur ratiō eorum que ſunt ad finem et ideo oſtenſo q̄ ſacrificia et ſacramenta imperfecta erant ſufficienter eſt oſtēſum q̄ ſacra et obſeruationes erāt imperfecta. qr ordinabātur ad duo predicta. ſicut ad finē tpe ?dictū eſt Dō autē ſacrificia ueteris legis eē īpfecta oſtendit qr quedam erāt ſacrificia ꝓ peccatis oblata et hec erant imperfecta. qr nō poterant auferre peccata ꝓpter quod dicit apoſtolus ad Hebr. x. Impoſſibile eſt ſanguine hyrcorū et thaurorū auferri peccata. Iterum ibidē. Oīs quidē ſacerdos ſ. veteris legis preſto eſt quotidie miniſtrās et eaſdē offerens hoſtias q̄ nō poſſūt auferre peccata. Erudē habet Eſa. xl. Liban⁹ vero nō ſufficiet ad ſuccēdēdū et animalia non ſufficient ad holocauſtum. Libanus autem hic vocatur primum templū quod fuit factū de lignis libani. Aialia autē illa oblata quantū ad prē cōcremata nō ſufficiebāt ad amotionē peccati. Alia aūt erāt ſacrificia pacifica et deuotione oblata ad grām dei impetrandā ſeu ad aliquod beneficiū diuinū. et illa erant īperfecta. qr gratia dei ſeu beneficium diuinū non impetrabatur ratione oblati muneris ʒ aliquando dabatur ꝓpter oblationem et fidem offerentis. Et hoc eſt quod dicit apoſtol⁹ ad Hebr. ix. Tabernaculū factū ē primū etc. Sequitur q̄ eſt parabola tpis inſtantis iuxta quā munera et hoſtie offerūtur que nō poſſūt ſcđm cōſciam perfecū facere ſeruiētē qr perfectio conſciētie eſt donū grē. Et ſic per ꝓpoſitū q̄ lex moyſi q̄tū ad cerimonialia et ſacrificia erat īperfecta.

Sed lex noua perfectiſſima eſt q̄tum ad ſacrificia. qr ipſa eſt vnū ſacrificiū perfectiſſimū ſcʒ eucharīſtia que nō tm̄ eſt ſacramētū ſed etiā ſacrificiū qr ibi xp̄s queadmodū īmolatur et fructus ſue benedicte paſſiōis a populo percipit. Iſtud autē ſacrificiū tanq̄ verus et perfectū fuit in lege figuratū per multa ſacrificia et varia ſicut perfectū per īperfecta. Eius autē perfectio apparet in duobus. qr primo tollit peccata quod nō poterāt facere legis ſacrificia. ꝓpter qđ dicitur Joh. i. Ecce agn⁹ dei ecce qui tollit peccata mundi. ſcđm q̄ dicit beatus Jo. i. canonica iiij. ca. Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. nō pro noſtris autem tm̄ ſed. pro totius mūdi. Secūdo apparet eius perfectio qr augmētat grām ſcđm q̄ dicit Job. vi. Qui mādūcat me viuit propter me ſcʒ per augmētū gratie. De hoc ſacrificio pāis et vini in Bereſich raba i. in geneſi magno. Rabimoſſe darſan ſuper textum gen. c. xiiij. Melchiſedech rex ſalem offerens panem et vinum. Erat et ſacerdos dei altiſſimi. dicit rabi ſmuhel filius nahamā. Iſte melchiſedech erat ſem filius noe. et quid voluit dicere proferens panem et vinum. oſtendit nobis q̄ dedit ei actus ſacerdotij qui erat ſacrificare panem et vinum et hoc eſt quod dixit ps. in pſal. cx. Iurauit dominus et non penitebit eum tu es ſacerdos in eternum ſcđm ordinem melchiſedech. Et quis ē iſte. Iſte

eſt rex meſſias, ꝓpter quod ſcriptū eſt. Ecce rex tu⁹ venit tibi iuſtus et ſaluator ipſe ʒach. ix. Et in hoc ꝙ dicit, pferēs panē et vinū cō cordat cū ps. qui dicit ps. lxxi. Erit firmamētū in terra in ſummis montiū, vbi dic trāſlatio chaldaica, erit ſacrificiū panis i terra ī capitibus montiū ſinagoge. Et cū ille ps. lxxi. Deus iudicium tuū regi da ſm doctores talmuth totus loquatur de meſſia, quilꝫ ſi non eſt aꝯ potent videre ſm predictam tranſlationē chaldaicā ꝙ meſſias erit firmamētum in terra in altitudine montium ſinagoge qui montes ſynagoge et eccleſie ſunt ſacerdotes qui quotidie deſuꝑ eleuāt meſſiam ſuper capita ſua, et eſt ita clarū ꝙ non poſſunt negare niſi illi ſuper quos venit maledictio. Eſa. In cecitate oculorū et cordium hoc eſt ergo vnicū ſacrificiū excellentiſſimū legi noue in pane et vino, quod ſacrificauit ipſemet meſſias et ſic pfectio legis euangelice patꝫ ex perfectione ſacrificij. Et cū omnes cerimonie eccleſie ſint precipue ꝓpter iſtū ſacrificium: ſicut ꝓpter finē, ſequitur ꝙ cerimonie xp̄ianorū ſunt perfectiſſime. Nec eſt mirandū ꝙ in lege noua ſtant cerimonie que aliquid figurent ſicut figurabant cerimonie veteris legis. Cerimonie enī ordinātur ad cultū diuinum. Et ſm ꝙ dicit Auguſti in enchiridion. c. iij. De⁹ fide ſpe et charitate colitur loquēdo de cultu interiori, qui eſt per fidē et charitatē. Eſt ergo triplex ſtatus bonorū quo habet fides et ſpes de bonis celeſtib⁹ et de his ꝑ que ad ipſa introducimur. ſcꝫ de myſterijs xp̄i. et de virtutib⁹ ſicut de futuris et hic ē ſtatus veteris teſtamēti in quo habet fides de bonis celeſtib⁹ ſicut de futuris. Sed de his per que introducimur ad celeſtia ſcꝫ de myſterijs xp̄i ſicut de pñtib⁹ vel de ꝑteritis eſt ſtatus noue legis. Tercius ſtat⁹ ē in quo vtraqꝫ habent tāꝙ pſentia et euidentia et nihil creditur ee hic ē ſtatus patrie celeſtis in hoc autem ſtatu tercio vbi nihil creditur nihil eſt cerimoniale vel figurale ad cultū pertinēſ ſm ꝙ dicit Apocal. xx. Templū nō vidi in ea dominus ei deus omnipotēs templū illius eſt. Patꝫ igitur ratione adueniēte ſecūdo ſtatu ſ. noue legis cerimōie primi ſtatus ſ. veteris legis ceſſare debuerūt et in dura aliꝫ que cōuenirēt ſtatui noue legis. in quo bona celeſtia expectant̄ de futuro. ſꝫ bñficia xp̄i habita ſunt de pñti. Et ideo ꝙ cerimonie veteris legis ſignificabant xp̄m venturū. dignum eſt vt ſic euacuarentur in noua lege in qua myſteriū xp̄i iam eſt pteritū et hoc eſt qd dicit apls ad Hebr. vij. trāſlato ſacerdotio neceſſe eſt. vt legis tranſlatio fieret ꝗ̄tū. ſ. ad cerimonialia iuſtificatione tātū excepta. quia ſignificabat myſteriū xp̄i venturū ſed deuotionē populi ad xp̄m. nūc autē debet eſſe non minor deuotio ad ipm tam perſonaliter exhibitum ꝗ̄ erat tūc ad ipſum venturū ꝓpter quod in noua lege manet ſbu/rificatio per quam deſignatur miniſtrorum eccleſie et ipſius populi deuotio. Innumere ſunt i lege noua cerimonie. Et ſi nūꝗ̄ aliud attenderēt iudei et pagani niſi excellentia cerimoniarū in ritu xp̄iano. Iſtud ſolū deberet conuincere cecitatē eorum ſicut patꝫ de ornamentis ſacerdotalibus et menſtris/rum et de alijs que cum tanta ſolennitate fiunt in altari et in choro in feſtis duplicibus maioribus minoribus ſemiduplicibus et ſimplicibus quales etiam cerimonie fiunt i choro a cantoribus et organis ꝗ̄ honeſtiſſime indicantes. Quid dicam de ornatu i crucibus et calicibus aureis et argenteis. ceterisꝗ̄ vaſis et reliquiarijs in quibus reliquie ſanctorum qui pro xp̄o mortui ſunt vel ſꝫ fideliſſime ſecūdū ſuam honorifice conſeruantur. Mirabantur iudei verum templum Salomonis ſed i ſuporeꝫ cūcetantur pre multitudine et magnitudine eccleſiarum xp̄i i toto orbe conſtructarum. Mirentur altitudinē et pulchritudinem turrium in quibus armonia dulciſſima reſonat campanarum que ꝑ laudibus diuinis et pro conuocatione populorum et pro terrore demonum mira efficacia propulſantur. Quid dicam de cerimonijs romane curie in ſummi pontificis imperatorum et regum vnctione. Quid de conſecratione epiſcoporum eccleſiarum altariū vaſorum et veſtimentorum que omnia admiranda et ſtupendiſſima ſunt cum deuoto et in admirationem conuertūt deuote aſpicientes. Attendant autem miſeri iudei. ſ. et infideles ſuper omnia in vno et eadem fide tantā diuerſitatē religionum vbi homines a ſeculo fugientes exponunt totum tempus vite ſue in laudibus et ſeruicio redemptoris qui licet diuerſis cerimonijs pro conſeruatione religionum quaſi quibuſdā muris vndique ſicut iudeū intelli conſeruatur. et mei ī

fuus et ciuitas in muro. In ſubſtantia tamē eiuſdē fidei nullatenus diſcrepātes ad viſiō beatitudinis terminū nitūtur peruenire. Sic ergo patz in ſūma colligendo ꝙ lex no/ua que eſt euāgelica de perfectiſſia eſt in moralibus. q̄ ea implentur addita perfectiōe q̄ illi precepto nō occides additur non iraſci. Et illi nō mechaberis additur non concupiſcere ex viſu. Et illi non ꝑiurabis addit̄ nō iurare omīo. i. ſine iuſtīa cā et ſic d' aliis. M. v. Et ab illo ꝑmiſſo vſure alieno tollitur īꝑfectio date mutuū nihil inde ſperantes Luce vi. Et illi de libello repudii addit̄ ſi quis dimiſerit vxorem niſi ob fornicatōnem mechaf et qui eam duxerit ſimuliter mechatur Math v. Et ſic tolluntur imꝑfectōnes taliū ꝑmiſſoꝝ in lege veteri Si queras vtrū moral/lia ꝑcepta poſſunt e'e euacuata ſimplr Reſpōdet ꝙ moralia ꝑcepta fuerūt euacuata tāūmmodo ſm quid. ſ. ꝗntum ad imꝑfectionem. cui' ratio eſt quia ſunt de dictamine recte rōnis et iō manet ꝗntum ad ſubſtāciam ꝑcepti. remota tantū īꝑfectione ſicut dictum eſt q̄ quando ex imꝑfecto fit ꝑfectum non tollitur terminus a quo ſed tm̄ ei' imꝑfectio ſicut q̄n ex minus albo fit magis albū non tollitur albedo precedens ſed tm̄ eius imꝑfectio. Non eſt ſic de cerimonialibus veteris legis q̄ cōtrariāf noue legis cultui et quādo fit mutacio de vno cōtrario in al/terū ꝑ porcet terminū a quo totaliter euacuari ſicut quādo ex albo fit nigrum albedo tollitur. Cerimonie veteris legis dicūtur cōtrarie cerimoniis noue legis q̄ ille figura/bant xp̄m venturū et iſte iam de preterito adueniſſe. et iō totaliter ceſſare debuerūt. Etiā lex noua eſt perfectiſſima in iudicialibus ex amore ad iuſticiā inducēdo innocētē nō cōdēnādo. nec aliq̄d malū īpunitū relinquē/do et īpleuit xp̄s iudicialia precepta. et ī eo q̄d iuſticie addidit equitatē miſericordie vt pȝ in abſolutione adultere. Jo. viii Juſti/cia enim ſm rigorem diminuta eſt a miſeri/cordia que ſuperexaltat iudiciū. Jaco. ii. Sed nunquid iudicialia precepta veteris legis totaliter euacuata ſunt. Reſpondet ꝙ quando corrumpitur terminus a quo illud per accidens quod eſt ei adiunctum corrumpitur poteſt tamē manere cū termino ad quē ſi non habeat ad ipſū cōtrarietatē nō tamē manet idem numero ſed ſpecie tm̄. Sic quādo de aere fit ignis corrumpitur aer et manet in igne qualitas ſymbola eadē ſpecie. ſ. cantas talia ſunt iudicialia veteris legis. quia adueniente lege grē. ceſſat etiā eorū obliga/tio poſſit tn̄ aliquis princeps ordinare ꝙ ſer/uarentur in regno ſuo ita tamē ꝙ non reputaret ea eſſe obligatoria ex lege moyſi. Ratio autē predicta eſt quia iudicialia precepta ꝑ ſe et directe non erant ordinata ad ſignificādū aliquid futurū ſicut erant cerimonialia ſed erant ordinata per ſe et directe ad ſeruandū ordinē iuſticie in populo iudaico vt ſu/pra dictū eſt. Quia tn̄ ſtat' illi' populi erat figuralis totus reſpectu xp̄i vt dicit apl's. i. Cor. x oīa in figura contingebāt illis ꝑ cōſequēs precepta iudicialia illius populi e/rant figuralia non directe ſed ex cōſequenti Et ideo ſi aliqui ſeruarēt ea ex hoc ꝙ fue/runt tunc ſtatuta hoc eſt dicere ꝙ ſtatus ille adhuc durat q̄d eſt erroneū et illicitū ſi tm̄ aliquis princeps vellet ea de nouo ſtatuere poſſet licite. Cōſiderādū tñ ē ꝙ i lege noua tranſiuit ꝗntū ad eorū rigorem. q̄ eſſent magis obſeruanda ex amore virtutis ꝙ ex timore. q̄ lex noua ē lex amoris. ꝓpter qd̄ dicit. i. Jo iiii. Perfecta charitas foras mittit timorē adimpleuit etiā xp̄s precepta iudicialia rigorem eorum ſpandēs in aliquibus vt dictum eſt per ſeipſū et in aliquo dimiſit tēpe/mentum ſuis miniſtris ſcȝ eccleſie prelatis et principibus catholicis vt de talib' ordi/nent ſm ꝙ viderint vale cōtitati fidelium ſm temporū varietatem et locorum et perſona/rum. et iſtud nō fuit deſtruere legem ſed adimplere. q̄ ſic ordinauit meliorem modū obſeruationis iuſticie. ſicut nō deſtruit puer quādo fit vir quia licet tranſeat puericia manet tn̄ melior ſtatus eiuſdē perſone. etenī iſ/ta. lex vetus habuit quaſi ſtatū pueri reſpectu noue legis. propter quod vt ſupra dictū eſt ad Gal. iii dicitur. Lex pedagog' noſter fuit in xp̄o. i. regulatiu' ſtatus puerilis prop/ter quod erat lex timoris ſicut pueri ſub diſciplina et timore cuſtodiūtur lex autē euangelica eſt lex amoris. et ideo nō debet eē tantus rigor penarū q̄ ꝓpriū hominū ꝑfecto/rum eſt magis delicti ad virtutē amore iuſticie ꝙ timore pene vt ſupra dictū eſt. eſt etiam lex noua ꝑfectiſſima in ſacramētalib' vt dictū eſt de eucharistie ſacramēto. Et impleuit xp̄s ſacramentalia legis per exhibitō

nem veritatis. venit enim rex et impleuit figu
ras que vacue erant. Impleuit sacramentum
circumciſionis quod ſe extendebat ſolum ad
viros primo ſuſcipiendo in ſeipſo. Secundo
melius efficacius et generalius inſtituendo ſa
cramentum loco ipſius. ſ. baptiſmi in quo con
fertur maior gratia et remedium tam viris quam mu
lieribus. Impleuit etiam ſacramentum vnctio
nis regum et ſacerdotum. non quod aſſumpſerit ſta
tum ſacerdotis legalis vel teneret regis. imo
ipſe dixit coram Pylato. Regnum meum non est de
hoc mundo. Jo. xviij. et ideo non habuit iſtam
vnctionem corporalem regum vel pontificum
ſed vnctionem ſpiritualem habuit a deo patre per
plenitudinem gratie ſecundum quod dicitur in pſal. xl
iiij. Vnxit te deus deus tuus oleo leticie etc.
Est etiam lex noua perfectiſſima in ceremoni
alibus vt dictum eſt et xpus impleuit ceremo
nialia non ſolum que pertinebant ad ſacra
menta ſed etiam ad ſacrificia ſicut immolatio
agni paſchalis et huiuſmodi ſacrificium et ſimu
la que erant figuratiua vnius ſacrificij ipſe
cius ſ. xpi in cruce offerendi. Et idem iſta imple
uit xpus vno modo corporaliter patiendo in
corpore in cruce. Alio modo efficacius ſa
crificium. ſ. eucharistiam inſtituendo. Que
dam etiam ceremonialia pertinebant ad ſacra
menta et de talibus erant precepta prohibitiua v
ſuum aliquorum ciborum et coſilia et iſta adi
pleuit xpus quod dicit Petrus Act. x. In mun
dum et commune non intrauit in os meum. et
multo fortius xpus hec obſeruauit. et ſic iſta
precepta impleuit obſeruando et obſeruati
onem meliorem declarando. per talem enim
abſtinentiam a corporalibus cibis ſignifi
cabatur abſtinentia a ſpiritualibus immun
dicijs. hanc autem mundiciam inſtituit xpus
in lege euangelica que eſt mundiſſima de
cens. Mat v. Beati mundo corde quoniam
ipſi deum videbunt. et per conſequens debuit ceſ
ſare illa figura vel abſtinentia. propter quod
dicitur Act. x. Que deus purificauit tu com
ne dixeris. quia nullus cibus coinquinat homines quod
cum gratiarum actione percipitur et hoc eſt quod
dicit xpus. Mat xv. Quod intrat in os non
coinquinat animam. dimiſit tamen deus in or
dinatione eccleſie de aliquibus abſtinentijs
faciendis pro loco et tempore. et ſic patet excel
lentia legis xpi quantum ad totum corpus. et quo
modo xpus legem adimpleuit quantum ad omnia
genera preceptorum. Est etiam perfectiſſima per

amotionem velaminis quod ſignificatum
eſt quia tunc ſacramentalia et ceremonialia
mutata ſunt quo ad effectum ſed non quo ad
obſeruantiam. quia cum honore ſepelire de
buit ſynagoga mater noſtra. Legalia enim
triplicater conſiderantur primo quaſi viua ante
paſſionem. et tunc iudei tenebantur conſeruare
ex precepto. Secundo quaſi mortua ſ. a
paſſione domini vſque ad fidei manifeſtam
reuelationem. et hoc tempore permiſſum
erat ea ſeruare et Petrus ſeruauit. Tertio
conſideratur tempus in quo fuerunt mortua
ſ. poſt fidem reuelatam et ex tunc nec precep
ta nec permiſſa ſed omnino prohibita ne cineres
mortales ſcilicet ſynagoge ſepulte de tumulo p
dirent quod horribile ſe ret et ſcelidum. Sic er
go lex noua in toto corpore perfectiſſima est
ſicut et oppoſito lex vetus toto corpore im
perfecta. Dia etiam contenta in lege noua vt di
ptolomeus q de natura ſaturni eſt miſeria et caſus et populus captiuus et malarum conditionum vt ſunt iudei. Et ideo diebus ſabbatinis et aliis diebus vbi erant predicti planete in exultationibus ſuis faciebant plura ſacrificia q in aliis diebus vt ab iſtarum planetarum damnis ſpecialiter eſſent ſalui prout per gl. Rabi abraam euidentius demonſtratum quam fecit generaliter ſuper legem. et probatum eſt per dicta aſtrologorum que ego allegaui in declaratione quam ſcripſi ſuper gloſam predicti Rabi abraam abenagra et iſta talia cerimonialia peruanda erant in complemento legis in aduentu xpi quoniam ipſe venit pro ſalute animarum. Et vt tales opiniones falſe totaliter abolerentur ydolatrarum ſapiunt apparenter et cauſa finalis legis complementi non eſt res corporalis ſed potius ſpiritualis et hec vindici obſeruantiam in hebdomada in memoriam creationis mundi que fuit cauſa finalis mutationis legis prout diximus Rationabile erat in complemento legis poneret illam diem que eſt dies requietionis et illam animam ſuperfluam aliam quam dicunt eis eo venire prout dixerunt q textus dicat quieuit et animauit eos. Animam aliam creauit homini die ſabbati q eſſet die ſolis que eſt dies dominica et iſta die dominica xpus a mortuis reſurgens demonſtrauit mundo animarum ſalutem. et propter iſtam diem vere dicitur animam aliam venire quoniam propter reſurrectionem xpi anime perpetuo vitam habent. et hoc ſignauit algaſel philoſophus dicens in reſplendore ſolis ſaturno non indigemus huiuſmodi predicatus doctor Patet ergo quare iudei obſeruant diem requietionis hebdomade in die ſaturni et legis dies requietionis ab omnibus de mundo ſabbatum dicatur quia ſic ſabbatum interpretatur vt ſupra patuit quia tamen non ea intentione qua iudei ſabbatum ſuum appellant. Ideo non diem ſaturni ſed aliam volunt vt videlicet diem dominicam nos chriſtiani omnibus ſuperfluis omnibus excluſis in memoriam reſurrectionis chriſti tali die factam et future reſurrectionis tali die fiendam vt ſupra dictum eſt. Item poſſumus adducere contra iudeos auctoritatem magiſtri alfonſi conuerſi in libro bellorum dei. In quo diſputauit contra iudeos ſecundum opiniones thalmuth. vbi dicitur q ſint iudeos d? eſt inconueniens dicere omnia feſta et ieiunia remiſſionum et indulgentiarum poſſe mutari. et textus vocat ipſa ſabbatum ſicut ipſemet ſabbatum et probant hoc Leuit. xxiij. Dee ſunt ferie domini quas vocabitis ſanctas et gloſſauerunt dicentes vocabitis id eſt poſito q erretis ſcienter vel ignoranter. quoniam illa debent feſta ſimpliciter reputare et ſic non debent iudei inconueniens reputare q illi qui receperunt legem ſancti meſſie dies ſabbati in diem dominicam commutarunt propter rationes ſuperius allegatas et de hoc xpus in euangelio mathei. xij. reſpondens eis qui dicebant iheſum xpm non licere in ſabbato curare dicit filius hominis habet poteſtatem ſuper ſabbatum.

Contendit iudeus probare q iheſus chriſtus non eſt verus meſſias quia non venit in nouiſſimis diebus

S Extum argumentum nititur oſtendere iheſum chriſtum ſaluatorem noſtrum non eſſe verum meſſiam in lege et prophetis promiſſum. Arguunt ergo iudei ſic verus meſſias debet venire in nouiſſimis diebus ſed nondum ſunt dies nouiſſimi ergo nondum venit meſſias. maior patet yſa. ij. quod exponitur ad litteram de meſſia vbi dicitur erunt in nouiſſimis diebus. minor ſimiliter patet. ad illud argumentum dicendum q dies meſſie dicuntur nouiſſimi habendo reſpectum ad ordinem. habendo reſpectum ad etatem. habendo reſpectum ad ſacram ſcripturam. Primo ad ordinem quia ſex milia diuidendo et ordinando per tres dualitates ſicut naſcitur duratio mundi ſecundum iudeos et duo nouiſſima milleniaria dicuntur dies meſſie patet per tractatum beli. Unde in thalmuth in libro qui dicitur canhedrin qui ſonat ſacerdotes magni inuenitur hoc quod ſequitur legerunt ſtudio belye q ſex milia anni mundus habet durare duo milia vanitatis et duo milia legis et duo milia meſſie et ſequitur. Et propter noſtra peccata que ſunt multa tranſierunt ex illis que preterierunt hec ibi Et cum hoc dicit Thalmuth quaſi tranſierant de duobus milibus

annis meſſie quaſi ſeptem anni. et poſt illō tempus tranſierunt iam quaſi. dccc.xlij. anni cum illo numero ſex milium annorum videtur concordare beatus yſidorus ſuper penſ thateu cum ſuper illo paſſu enoch ſeptimus ab adam qui placuit deo tranſlatus eſt dicit q̄ enoch ſeptimus ab adam ſeptimam requiem ſignificat tranſactis nāq̄ ſex milibꝰ annis et renouato celo et terra factoq̄ iudicio transferentur ſancti in vitam eternam. Nunc vide ceciatē iudeorū ipſi computant ānos a creatione mundi ſicut nos a natiuitate xp̄i et dicunt q̄ iſto anno in quo nos cōputamꝰ mille cccc lx annos domini ſunt a creatiōe mundi quinq̄ milia. ccxx. et ſic patet q̄ vl' duobus milibus annis meſſie iam tranſierūt ſm eorū cōputū mille ducēti viginti anni q̄s bus debuiſſet venire meſſias et cum non ſit numerus annorum vltra ſex mille vt dicūt ē et ipſe debet regnare duobus milibus ānis quomodo hoc eſt poſſibile cū non reſtāt ſecundū cōputū ſuū niſi dcc.lxxx anni. Item ipſi aſſignant in predicto numero annorum determinatum tēpus meſſie. ſ. finitis quatuor milibus annis a creatione mundi vel reſeruentur duo mille pro meſſia. Nunc attende quid dicit yſa. c. lx in fine minimus erit in mille et paruulus in gentem fortiſſimā ego dominus in tempore eius ſubito faciā illud O iudee tu determinaſti tempus meſſie. et vide quid dicit dominus. ego dominus in tēpore eius ſcʒ meſſie ſubito faciam illud. Super quo verbo dicit glo hebraica ſi fuerint boni ante tempus ſuum et ſi non fuerint boni in tempore ſuo ergo neceſſe eſt q̄ iudei concedant ſm ſuam gloſam vtrum de duobus vel q̄ ipſi fuerunt boni vel non boni. Si boni ergo meſſias venit ante tempus ſuum ſ. ante q̄ inciperet numerus quinq̄ milium. Et ſi fuerunt non boni ſicut ipſimet concedunt in dicto p̄habito q̄ ꝓpter peccata ſua multa manſerunt ſ. anni qui preterierunt. neceſſe eſt q̄ tunc concedant ſecundum ſuam gloſam q̄ in tempore ſuo venit. ſ. finitis quatuor milibꝰ ānis ī principio quinti millenarij ānorū et ſic habent concedere neceſſario q̄ ſecūdū ſuum numerū iam ſunt mille et xviij anni q̄ natus eſt meſſias. Et ſi dicant q̄ nos computamus plus anticipando tempus. Dico q̄ licet ſimus differentes cum eis in computatione annorum a creatione mundi ſtante tamen ſuo numero in veritate ſicut anticipauimus tempus adimpleuit quod promiſit. Sicut ſi aliquis rex promiſiſſet tibi caſtrum vel q̄ ad dicam ſignatum extremū. ſ. anni. Si autem illud tempus reputa in medio anni vel aliās tibi dederit caſtrum certum eſt q̄ adimpleuit promiſſum. et ſic nos chriſtiani ſtante numero iudeorum computabimus enim ingreſſum quinti millenarij et dicemus q̄ ſunt iam mille. ccc.viij. anni q̄ venit meſſias. ſtante tamen computatione noſtra a creatione mundi. Dicimus q̄ meſſias venit infra duo vltima millenaria. cum ergo per ordinem et reſpectu ad duas primas dualitates milianorum annorum modo vltima millenaria in quibus debet regnare meſſias dicantur dies nouiſſimi. Sequitur q̄ dicendū bus venit ihūs nazarenus verus meſſias ſunt dies nouiſſimi de hoc numero ſex milium annorum dictum ſunt ſupra li. i. ar. vi. pāro. iiij theſauro primo. Secundo patʒ hoc idem habendo reſpectum ad etatem mā durante mundi menſuram ſeptem etatibus ſicut duratio hominis quarum nouiſſima in vltima eſt decrepitas que prefixum habet principium ſicut cetere etates non tamen terminum quia multotiens plus durat q̄ cetere etates et iheſus nazarenus fuit in decrepitate mundi et per conſequens in nouiſſimis diebus habendo reſpectum ad etatem. Tertio patet hoc habendo reſpectū ad ſacrā ſcripturam nam multa tempora et dies preſidentia chriſtum nazarenum circiter per duo milia annorum dicuntur in ſcriptura dies nouiſſimi ſicut patet Geneſ. xlix. vbi iſrahel vocatis filijs ante mortem ſuam dixit. Cōgregamini filij iſrael vt annunciem vobis q̄ ventura ſunt in nouiſſimis diebus. vbi multa annunciat non ſolum de his que debent fieri de aduētu meſſie ſed etiam multa que completa ſunt tempore regum iſrael et iuda ſicut fuit de primatu iuda et de excellentia ſuper omnes fratres ſuos et de regno ibi iuda te laudabunt fratres tui etc. Patet igitur q̄ non ſolum dies meſſie in quibus fuit iheſus nazarenus dicuntur dies nouiſſimi ſed etiam multa tempora ante circiter p̄ duo milia annorum precedentia dicuntur dies nouiſſimi.

Contendit iudeus probare quod ihesus chriſtus non eſt verus meſſias quia in eius aduentu mons ſyon non fuit eleuatus in vertice montium.

f Eptimum argumentum iudeorum eſt tale. In aduentu meſſie mons ſyon debet eleuari in vertice montium ſed hoc non eſt factum ergo nondum venit meſſias. Maior eſt yſa. c. vbi ſupra erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domus domini. id eſt mons ſyon in quo erat templum in vertice montium et eleuabitur ſuper colles. Minor patet quia in diebus ihesu nazaren nihil tale factum eſt. Ad illud argumentum iudeorum de monte ſyon qui in diebus meſſie ſecundum iudeos debet eleuari ſuper alios montes vnde dixerunt aliqui iudei quod tempore meſſie debet deus ponere montem thabor et montem ſynai et montem carmeli ad locum vbi eſt iheruſalem et in vertice iſtorum montium ponere montem ſyon hoc dicunt ipſum eſſe factum tempore iheſu nazareni ergo non eſt meſſias. Reſpondeo ſecundum Rabi ſalomonem quod iſta eleuatio montis ſupra montes non eſt intelligenda ſecundum locum ſed ſecundum excellentiam et gloriam illius montis quia ibi debebant operari magna ſigna et miracula plus quam in aliis montibus quod impletum eſt tempore ihesu nazareni quia ibi illuminauit cecum curauit languidum. Ibi ſuper omnes apoſtolos miſit ſpiritum ſanctum. ibi multa alia ſigna et miracula fecit. Et in hoc mons ille ſuper alios montes eleuari debebat et ſic impleta eſt prophetia in vero meſſia ihesu chriſto.

Contendit iudeus probare quod ihesus chriſtus non eſt verus meſſias quia in eius aduentu ad eum non confluxerunt omnes gentes

o Ctauum argumentum iudeorum eſt ad verum meſſiam cum debet venire debent confluere omnes gentes ſed ad iheſum nazarenum non confluxerunt omnes gentes ergo non eſt ipſe meſſias. Maior patet yſa. c. qua ſupra vbi ſtatim ſequitur. Et fluent ad eum omnes gentes. Minor eſt clara dicunt iudei quod in nazareno non crediderunt omnes gentes nec adhuc credunt. Ad illud argumentum iudeorum ſuper illud fluent ad eum. i. ad fidem eius omnes gentes. Dicendum quod ibi omnes diſtribuit pro generibus ſingulorum non pro ſingulis generum vt omne animal fuit in archa noe. ita quod eſt ſenſus quod de quolibet genere gentium venirent ad ſignum veri meſſie quod impletum eſt in iheſu vero meſſia noſtro per apoſtolos ſuos per quorum predicationem de omnibus gentibus conuerſi ſunt ad fidem chriſti. quia in omnem terram exiuit ſonus eorum etc. Et ſic iſto modo in iheſu vero meſſia noſtro impletum eſt illud pſalmi. Deus iudicium tuum regi da. et adorabunt eum omnes reges omnes gentes ſeruient ei. quod impletum fuit in conſtantino imperatore quando ſuſcepit fidem chriſti. Uel aliter dicendum quod aliquando omnes in ſcriptura ſumitur pro multis vt .ij. Reg. xvij. Dixit abſalon et omnes viri iſrael. Melius eſt conſilium chuſi architis achitofel. et certum eſt quod non erant ibi omnes viri iſrael ſed multi. Similiter in euangelio Mathei .ij. Audiens herodes rex turbatus eſt et omnis iheroſolima cum illo. omnes enim. i. multi de iheroſolima. Sic in propoſito venient ad eum omnes gentes id eſt multi de gentibus.

Contendit iudeus probare quod ihesus chriſtus non eſt verus meſſias quia in eius aduentu non dixerunt gentes venite aſcendamus ad montem domini.

n Onum argumentum iudeorum eſt cum verus meſſias venire debet gentes confluentes ad eum dicere debent. Uenite et aſcendamus ad montem domini et ad domum dei iacob. Sed hoc non dicitur in aduentu iheſu nazareni ergo non eſt verus meſſias. Maior patet yſa. vbi ſupra. Uenite aſcendamus ad montem domini et ad domum dei iacob. Minor patet quia aliqui chriſtiani dicunt eamus ad domum petri. Alij dicunt eamus ad domum pauli. Alij ad domum martini etc. Nulli vero dicunt ad domum dei iacob. Ad hoc argumentum dicit Alanus

in ſuo quadripartito libro.iij.c.ix. Dicēs q̄ mons iſte xp̄s eſt in quem iam vniuerſe fines terre credunt. iam adorant vniuerſe familie gentium vna et concordi voce dicēs cantū ad montem dn̄i et ad domū dn̄i dei iacob. hoc eſt ad domū dei quē coluit abrahā quē coluit iacob. quē coluit moyſes quem coluit aaron. Jdeo oſtenditur vnum deum eſſe et eorum qui ante legem fuerunt fideles et eorum qui ſub lege extiterunt et eorum qui nunc exiſtunt credentes in deum. Nō autem eriguntur nos ſuper hoc quod dicimus eamus ad domum petri ad domum pauli. ad domum martini etc̄. Nullus qui ſane ſapit dicturum hoc intelligit. Nullam quippe petro ſiue paulo domum facimus. Sed in honorem petri atq; i memoriā ſancti pauli deo eam dedicamus. Nec vlli pontificum fas eſt in conſecratione eccleſiarum dicere tibi petro et tibi paulo hanc domum dedicamus. ſed potius deo dicitur conſecrari et q̄uis dicuntur eccleſie deo conſecrentur tamen vna ē domus dei vna eſt dei eccleſia oīm q̄ fidelium conuentus. Ad hanc domū dei accedit qui de vnitate eccleſie eſt. Jn hac domo dei adoratur mons montium et xp̄s ſanctus ſanctorum hic peccata remittuntur hic non ſolum homicidium prohibetur immo etiam ira et odium tollitur.

Contendunt iudei probare q̄ ihūs non eſt verus meſſias quia in eius aduentu gladij non ſunt conuerſi in vomeres nec lancee in falces.

d Sextum argumentum iudeorū ē

Jn aduentu meſſie gens contra gētem non debebat leuare gladiū nec exercentur vltra ad prelium et debebant cōflare gladios ſuos in vomeres et lanceas ſuas i falces. Sed cōſtat q̄ poſt aduētum ihū nazareni et adhuc modo non ceſſauerunt bella p orbem vt patet manifeſte et maxime in iudea quia poſt mortem eius fuerunt acerrima bella in iudea per Tytum et veſpaſianum: ſue nunc etiam ſemper lancee et gladij et alia arma bellica in magna copia. Jgitur ihūs nazarenus non eſt verus meſſias. Maior patz yſa.c. vbi ſupra. Ad iſtud argumentum iudeorum de pace que debebat eſſe tp̄e meſſie de qua p̄pheta: non leuabit gens contra gentem gladiū nec exercebūt vltra ad preliū. Dicendum q̄ iſta pax fuit tempore ihū nazareni veri meſſie. Nam fuit pax ſpiritualis inter viros ſpirituales quia inter malos pax eſſe non poteſt. Non eſt pax impijs dicit dominus yſa. xlviij. Jn cuius ſignum angeli i ſua natiuitate cantauerunt. Gloria in excelſis deo Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Fuit etiam t̄poralis pax de qua intelligunt Primo in romano imperio quia i ceſare auguſto finita ſunt omnia bella ciuilia que inceperunt in Roma immediate poſt euerſionem carthaginis. Secundo in iudea pax maxima que incepit in natiuitate iheſu nazareni quando mundus tanta pace gaudebat q̄ ceſar Auguſtus non armis aut bellis occupatus. voluit ſcire quot ville quot ciuitates quot caſtra eſſent in mundo. Et ex hoc exijt edictum a ceſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Luce ij. Et durauit iſta pax per centum. xv. annos vſq; ad deſtructionem iheruſalem per Tytum et veſpaſianum quod patet q̄ ante iheſum xp̄m ceſar Auguſtus regnauerat per. xlij. annos. xp̄s autem. xxxiij. vixit vſq; ad paſſionē et deinde a paſſione xp̄i vſq; ad deſtructionem iheruſalem fluxerunt anni quadraginta et ſic ſunt in ſumma centum et. xv. anni ita q̄ fuit diuturna. Et tunc probabile eſt q̄ propter diuturnitatem pacis iudei conflarent gladios i vomeres etc̄. ſicut ſenſibiliter videtur in terris vbi poſt bella ſequitur pax diuturna. Sequitur in dicta auctoritate non leuabit etc̄ yperbolice eſt ad deſignandum pacis diuturnitatem ſicut communiter dicitur de aliquo negocio quod protrahitur vltra modum conſuetum Jſtud negocium nunq̄ terminabitur licet aliquando terminetur infra annum vel infra menſem ſeu etiam in minori ſecundum conditionem negocij et hic modus loquēdi parabolicus frequens eſt in prophetis. Si dicunt iudei q̄ iſta prophetia nunq̄ impleret niſi illa pax fuiſſet perpetua propter illud quod ſequitur nec exercebuntur vltra ad prelium quia ſignum aduentus meſſie eſt pax ſine fine patet yſa. ix. Multiplicabitur eius imperium et pacis eius non erit finis vbi agitur expreſſe de aduentu meſſie et in. ps. Deus iudicium tuum regi da. Orietur in diebus eius

iuſticia et habundancia pacis donec auferatur luna. ſed luna nunquam auferetur ergo nec pax. Dicendum ad primum cum arguitur. nec exercebuntur ultra etc. quod ſi ultra non dicit eternitatem ſed diuturnitatem temporis ſicut patet quod fuit. Uel aliter dicendum eſt quod in dictis ſacre ſcripture attendere debemus ea que ſunt per ſe et directe ea que ſunt per accidens et ex conſequenti. Secundo ergo quod lex antiqua per ſe et directe prebebat populo corporale preſidium. Nam ad acquirendum et defendendum regnum temporale in antiqua lege promiſſum neceſſarius erat gladius et preliabantur lancea et cetera arma ſine quibus ciuitates terrene ab inimicis acquiri vel defendi non poſſunt. Ideirco dicitur iudicum .iij. he ſunt gentes quas dominus dereliquit ut erudiret in illis iſrahelem et omnes qui non nouerunt bella chananeorum et poſtea diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus et habere conſuetudinem preliandi etc. Ex quibus manifeſte patet quod ſicut prima lex expreſſe promittebat regnum terrenum ita directe prebebat temporale preſidium. Sed lex euangelica ordinat populum ad acquirendum et poſſidendum regnum celorum ad quod ex directo per ſe non indigemus armis materialibus ſed ſanctitate et virtutibus propter quod ſecunda Cor. x. dicitur arma milicie noſtre non ſunt carnalia quia tota colluctatio noſtra in noua lege eſt aduerſus rectores tenebrarum et contra ſpiritualia nequicie in celeſtibus ut habetur ad ephe. vi. De his armis viſum eſt ſupra li. i. conſideratione prima. Eſt igitur ſenſus prophete ſi debeat compleri in hac vita preſenti quod tempore noue legis non erunt talia bella ex conditione legis ſicut accidebat in lege antiqua ſed ſolum indigemus vomere ad ſeminandum meritum in preſenti vita et falce ad metendum premium in futura gloria vel aliter ſicut dicit peritiſſimus petrus vir alfonſi in ſuo dyalogo ti. ix. Ait enim quod non dixit propheta predicens quid facturi ſunt gentes enarrando ſed quid precepturus ſit ipſe oſtendendo quemadmodum et alibi zacharias dicit de ipſo. et loquetur inquit pacem gentibus. ſic autem hic de eo quod pacem precepturus ſit dictum eſſe intelligimus ita etiam quam cum et ipſe preceperit ſi completum non eſt nulla eius culpa fuit. Ad alia duo ſcilicet et pacis non erit finis et donec auferatur luna

dico quod non debent exponi iſte prophetie de pace temporali. ſed illa que durauit illo tempore fuit ſignum pacis ſpiritualis. quia certum eſt quod cito poſt mortem chriſti ſicut dictum eſt reſurrexerunt bella in iudea iudeis aduerſum pugnantibus et iterum contra romanos rebellantibus ſicut dicit ioſephus in libro de iudaico bello propter quod tota iheruſalem et terra in circuitu fuit deſtructa. Exponitur ergo de pace quam angeli clamauerunt in chriſti natiuitate dicentes. Gloria in excelſis deo. et in terra pax hominibus bone voluntatis. Hec pax conſiſtit in tranquillitate conſciencie que permanet iuſtis omni tempore prouer. xij. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit et ſic permanebit in iuſtis vſque ad finem mundi cui ſuccedit pax celeſtis que comparato mentem ſenſum ad philip. iiij. et ſic manet eterna aliter ex parte finis ſicut luna que eſt incorruptibilis. Pax ergo prophetata de meſſia eſt pax per angelum in ſua natiuitate nunciata quam mundus dare non poteſt quia mundus dat pacem ſuam cum mala voluntate dat pacem in ſigno non in opere in ore non in corde pſalmo. Loquuntur pacem cum proximo ſuo. mala autem in cordibus eorum et illam ſpiritualem pacem bone voluntatis per angelum nunciatam confirmauit ihesus chriſtus verus meſſias in morte dicens pacem relinquo vobis pacem meam do vobis non quomodo mundus dat ego do vobis Jo. xiiij.

Contendit iudeus probare quod ieſus non eſt verus meſſias quia in eius aduentu non habitauit lupus cum agno.

v. Tidecimum argumentum iudeorum contra verum meſſiam ſumitur de textu yſa. c. xi. Egredietur virga de radice yeſſe. qui ſecundum omnes doctores loquitur de aduentu meſſie qui de radice yeſſe egreſſurus erat et ſequitur habitabit lupus cum agno et pardus cum hedo accubabit vitulus et leo et ouis ſimul morabuntur et puer paruulus minabit eos vitulus et vrſus paſcentur ſimul et requieſcent catuli eorum. et leo quaſi bos comedet paleas. et delectabitur infans

ab vbere ſuper foramina aſpidis et in cauerna reguli qui ablactatus fuerit manum ſuã mittet. Super iſto textu dicunt iudei q̃ i adventu meſſie animalia ſilueſtria pacificabuntur ſic videlicet q̃ pacifice viuent et babitabunt cum animalibus naturaliter manſuetis et q̃ animalia venenoſa non nocebunt hominibus nec pueris immo q̃ infãtes ſecure ludent cum eis nihil horum dicunt iudei impletum in tempore ieſu nazareni ergo non eſt meſſias. Ad iſtud argumentum dicendum q̃ non eſt verum q̃ animalia ſilueſtria tempore meſſie debent domeſticari habere q̃ pacifice viuant et babitent cum manſuetis et q̃ venenoſa non nocebunt et cetera quia ſm̃ q̃ dicit rabi ſalomon tempore meſſie nec tempus nec animalia nec corpora celeſtia in ſuis naturis mutabuntur. Et ideo dicendum q̃ ille locutiones que ſunt in illa prophetia ſunt methaphorice quia nominãtur ibi homines nominibus animaliũ q̃d enim prodeſſet talis confederatio ſi lup⁹ pacem non haberet niſi cum agno nec pardus niſi cum hedo nec leo niſi cum oue et vitulo Inquietaret nãq̃ lupus hedũ et leo agnũ et pardus ouem. Iſta ergo diuerſa animalia diuerſas hominũ conditiões deſignãt ſic̃ phari poteſt ex ſcriptura veteris teſtamenti vt ipſi ceci ſuam cecitatem proprijs manibus poſſint palpare. Dicitur enim Gen̄. xlix beniamin lupus rapax et tamen iſte lupus vere erat homo. Et ibidem Dan̄ coluber in via ceraſtes in ſemita yſachar aſinus fortis q̃ autem iſte modus loquendi ſit in dicto capitulo patet quia yeſſe patrem dauid vocat radicem Dauid vocat virgam et meſſiã vocat florem et hoc patet per tharguũ tranſlationem chaldaicam Item yſa. xvi. capi. Emitte domine agnum dominatorem terre Animal autem irrationale nõ poteſt dominari terre cum ex ordinatione diuina homo preſit animalibus vt dicitur. Geneſ. i. capi. Item Geneſ. xlix. Catulus leonis iudas. et Hieremias iiij. Loquens propha de nabuchodo. qui debebat deſtruere ciuitatẽ iheruſalem. Ait aſcendet leo de cubili ſuo ergo omnia iſta animalia diuerſarum conditionum ſunt homines. qui ad veritatem legis euangelice ſunt vocati. non q̃ lupus carnalis lupus maneat cum agno ſed q̃ lupus in eccleſia efficiatur agnus. et tunc habitat lupus cum agno. Nos ſane per beſtias illas que rapina et carne viuunt impios homines intelligimus et raptores per reliquas vero pecudes manſuetos et ſimplices et de illis ꝓpheta dicit q̃ chriſtus eos habitare et pacẽ habere preciperet. Et q̃ ita intelligenda ſit illa prophetia ſcilicet de hominibus patet per prophetam reddentem cauſam iſtius cõfederationis. Ait enim immediate quia repleta eſt terra ſciẽtia domini. beſtie autem intellectu carentes ſciencie domini non ſunt capaces. Sed et in confuſionem intelligentie modernorum in prophetia predicta dixerunt doctores antiqui iudeorum nullam inter tempus modernum et tempus chriſti futurum eſſe diſtantiam niſi q̃ in eius tempore captiuitatem omnium crederent atq̃ miſeriã. hec Petrus alfonſi in ſuo dyalogo ti. ix. Eſt ergo ſenſus in diebus meſſie habitabit lupus cum agno id eſt ſuperbi cum humilibus. Infideles cum fidelibus. Iudei cum gentilibus. et venenoſi gentiles qui voluerint deuorare iudeos eis non nocebunt et cetera. Que omnia impleta ſunt tempore iheſu nazareni quando ſimul in vna fide et cultu veri dei habitauerunt venenoſi gentiles cum humilibus iudeis. Et ad litteram impletum eſt illud in euangelio chriſti quãdo chriſtus iheſus dedit poteſtatem apoſtolis et diſcipulis virtutem calcandi ſuper ſerpentes Luce x. et cetera. Et actuum. xxviij. dicitur q̃ paulus percuſſus a vipera in manu lo eſt leſus propter quod barbari admirantes dixerunt ipſum eſſe deum. Sed quid eſt quod dicitur in predicta auctoritate et puer paruulus minabit eos. Dico q̃ puer paruulus leonem et vrſum minat cum agnos domo dei paſtori prelatus nobili et ignobili potenti et impotenti. forti et debili imperat puer ille dicitur non in ſenſu ſed malicia paruulus.

Contendit iudeus ꝓbare q̃ ihũs non ẽ ver⁹ meſſias q̃ iudei nõ ſunt liberati a captiuitate nec ad patriam reducti.

d Vodecimum argumentum iudeorum. Accipitur ex textu Deutero. xxx. vbi dicitur cũ ergo venerĩt ſuper te ſermones iſti bñdictiõ ſiue maledictiõ quã

pposui in conſpectu tuo et ductus penitudine cordis tui in vniuerſis gentibus in quas diſperſit te dominus deus tuus et reuerſus fueris ad eum et obedieris eius imperijs reducet te dominus deus tuus de captiuitate tua ac miſerebitur tui et rurſum congregabit te de vniuerſis populis in quos te ante diſperſerat et ſi ad cardines celi fueris diſſipatus inde te trahet dominus deus tuus et introducet te in terram quam poſſederunt patres tui et maioris numeri te eſſe faciet quam fuerunt patres tui. Iſtud dicunt iudei non eſſe factum in tempore Ieſu nazareni quia nec liberati a captiuitate ſunt nec reducti ad patriam quam poſſederunt patres ſui. et tamen iſtud debet fieri tempore meſſie ergo non eſt ipſe meſſias promiſſus. Ad illud argumentum eſt triplex reſponſio. Prima eſt quod hec oratio non debet impleri tempore meſſie abſolute ſed cum conditione poſita in textu ibi. ſed ſi fueris ductus penitudine cordis immo contra nunc peccata peccatis ſicut patres eorum et mala malis addunt. et ipſi concedunt quod ipſi ſunt in preſenti captiuitate propter peccata que non emendant et de quibus non penitent gratis igitur ſunt in ea. Secunda reſponſio eſt quod illa prophetia moyſi impleta eſt in reductione captiuitatis babylonice quia quando illa prophetia fuit dicta per moyſen ſolum fuerat populus in ſeruitute egyptiaca. Et ideo dicit textus rurſum. i. iterum et ſimile habetur yſa. xi. Addiciet dominus ſecundo manum ſuam ad poſſidendum reſiduum populi ſui quod relinquetur ab aſſyrijs et non habetur tota ſacra ſcriptura quod tercio debeat dominus reducere captiuitatem iudeorum ſed ſolum ſecundo et ſecunda captiuitas fuit babylonica. Iſtud igitur impletum eſt in reductione captiuitatis babylonice. Sed contra hoc fortiter arguunt iudei per illud Ezech. xxxix. c. vbi dicit quod congregabit eos dominus de nationibus et non relinquet quemquam ex illis ſed in iſta reductione babylonie multi remanſerunt et non omnes reuerſi ſunt igitur prophetia non eſt impleta. Dicendum quod immo prophetia eſt impleta quia omnes reuerſi ſunt qui voluerunt reuerti. quia omnibus nullo dempto. Cyrus dedit licentiam vt patet ij paral. vlt. et primo eſdre dedit etiam eis munera multa et vaſa templi que tulerat nabuchodonoſor de iheruſalem et nullus detentus eſt ibi quin voluerit reuerti. Illi autem qui ibi remanſerunt fuerunt ingrati diuino beneficio. Tertia reſponſio eſt quod poteſt exponi quod predicta congregatio facta eſt per ihesum verum meſſiam ſpiritualiter qui congregauit iudeos et gentiles in vnum per fidem et charitatem ſicut exponit. Iohannes euangeliſta. xi. ca. vbi dicitur quod ihesus moriturus erat pro gente non tantum pro gente ſed vt filios dei qui diſperſi erant congregaret in vnum. Nullus autem ab hac congregatione expellitur qui velit intrare quia nulli clauditur gremium eccleſie. Iudei autem hanc congregationem non intelligunt ſed volunt intelligere quod ſicut corporaliter fuerunt per orbem diſperſi ſicut corporaliter in terram promiſſionis quam poſſederunt patres eorum habent congregari. Vt ergo cecitas iudeorum elucidatur Notandum eſt ſicut notat reuerendus magiſter Paulus epiſcopus burgenſis in ſuo dyalogo. diſtinctione iiij. c. iij. et iiij. quod congregatio de qua loquitur propheta eſt dicto equiuoca. quandoque enim ſignificat congregationem corporalem in aliquo loco quandoque vero ſignificat congregationem ſ. animorum in aliquo credibili ſeu opinabili vel deſiderabili et huiuſmodi. Sicut enim corpora in eodem loco poſita dicuntur congregata localiter et adinuicem remota dicuntur diſperſa ſic animi in eodem conceptu intellectus ſeu voluntatis exiſtentes vniti dicuntur et a ſe diſcordes poſſunt dici congregati. Vnde auctoritas allegata ezech. poteſt dupliciter intelligi quia ſecundum quoſdam de congregatione corporali intelligitur quod fuit impletum in reditu de captiuitate babylonica quando omnis populus iſrahelitus quem voluerunt aſcendere ad terram promiſſionis habuerunt vniuerſalem licentiam ſeu poteſtatem hoc faciendi ſicut ſupradictum eſt et huic ſententie conſonat principium huius prophetie predicte ezech. Ideo dominus dicit per prophetiam Nunc conuertam conuerſionem iacob etc. quod eſſet manifeſte falſum ſi hoc adhuc eſſet futurum cum ab illo tempore in quo dictum fuit nunc preterierunt vſque ad iſtud tempus tranſierunt plus quam mille ſexcenti anni Sed quia tempore ezech. quando hoc fuit dictum per prophetiam iam imminebat tempus predicte congregationis. Ideo dicit ibi propheta nunc reducam captiuitatem etc. que quidem prophetie et plures alie ſimiles vt illa Ezechiel. xi. Congregabo vos de populis et adunabo de terris in quibus diſperſi eſtis et dabo vobis humum iſrahel. fuerunt implete in reditu captiuitatis babylonice per con-

gregationē corporalē iſrahelitarū que tunc fuit facta. Secundo vero intelligitur cōgregatio in predicta auctoritate ſpiritualiter ꝙ impleta fuit per verbū xp̄i verum meſſiā ſub quo totus ſimul ſ. fideles chriſti qui veri iſrael dicuntur non carnale ſed ſpirituale ē cōgregatio ſeu vnitus in fide chriſti ſm quam animi fidelium vniunt ſeu cōgregantur nec obſtat ſm iſtos ꝙ dicatur nūc couerta tum quia non tm̄ diſtat tēpus in quo hec propheta fuit dicta a tempore aduentus xp̄i ſicut iſta tempus vt eſt manifeſtū tum quia reſpectu diuine eternitatis tēpora omnia reputantur vt nunc. Ex quibus patet ꝙ ſm vtraſque predictarum expoſitionū prophetia predicta iam eſt impleta. Et ſi dicat iudeus nō inuenitur in ſacra ſcriptura congregatio ſpūalis ſed vbicunqꝫ dicitur congregatio intelligitur corporum quare ſequitur ꝙ predicta expoſitio nullum habet in ſacra ſcriptura fundamentum. Reſpondetur ꝙ non eſt mirum ſi iudeis non inuenit quia cecus eſt. Nunqd dicitur in ps. Cor eius congregauit iniquitatem ſibi. Conſtat enim ꝙ congregatio iniquitatum in corde fit per multarum cogitationum iniquarum aggregationem que non eſt congregatio corporum ſed conceptuū cordis. Legitur enim Ezech. xxxvij. ꝙ propheta iuſſu diuino accepit duo ligna quorum ſuper vnum ſcripſit. tribui iude et ſocijs eius. Et ſuper aliud tribui effraym et ſocijs eius. que quidem ligna de dei mandato vnum ad alterum adiunxit per quam adiunctionē vt ibi legitur figurabatur a deo vnio iſrahelitarum ſic ꝙ non diuiderentur in duas gētes ſeu duo regna. Ex quo patet ꝙ per coniunctionem corporalem figuratur diuiſio ſpūalis in ſcriptura et per conſequens coniunctio ſpūalis eſt potior ſeu digniꝰ ꝙ corporalis. Sicut figuratum potius ſeu digniꝰ ē ꝙ figura. Expoſitio auctoritatis ezechiel. de congregatione ſpirituali qualis eſt facta per chriſtū eſt multum rationalis et dictis ſacre ſcripture conſona. Nec eſt iterum inſtantia de ſupradicta auctoritate deutero. xxx. vbi agitur de captiuitate iudeorum hodierna vt ipſi aſſerant. ſ. ꝙ ſunt congregandi diuerſis partibus terre in terram quam poſſederunt patrum eorum ex eo ꝙ dicitur in textu. ſi ad cardines celi fueris diſſipatus inde te cōgregabit dominus deus tuus et inde aſſumet te et introducet in terram quam poſſederunt patres tui et obtinebis eam. Ratio autem quare iſta auctoritas predicta nullius eſt roboris. Quia ſicut congregatio eſt dictio equiuoca vt dictum eſt ſic etiam terra. Dicit enim raby moyſes de egypto ꝙ qui ſcripturas ſacras recte intelligere vult: oportet ꝙ ſignificationes dictionum equiuocarum diſcernat. Nunc autem vt patet ex ſacra ſcriptura iſte terminus terra corporea et ſenſibili in qua homines communiter habitant quandoqꝫ vero pro ſpirituali in qua ſancti habitant de qua dicitur in ps. Credo videre bona domini in terra viuentium. Unde ſi predicta auctoritas intelligatur de hodierna captiuitate vt iudei exponunt tunc congregatio de qua loquitur intelligenda eſt ſpiritualis. Similiter et terra contenta in illa auctoritate intelligenda eſt non terra in qua habitauerunt patres corporaliter pro certo tempore et poſtea mortui ſunt. Sed terra viuentium in qua quicunqꝫ fuerit fuerit ad deum per veram penitentiam que fidem et charitatem preſupponit introducatur et eternaliter manet. Sed dicet iterum iudeus ſi terra aliquando intelligatur in ſcriptura pro eterna manſione hoc eſt ex additione huius termini viuentium et huiuſmodi. Sed terra ſimpliciter ſumpta non accipitur in ſcriptura niſi pro hac terra ſenſibili. Reſpondetur videlicet ꝙ cecus factus ne mirum ſi non videt ſcripturam ſacrā in qua ſine aliqua additione terra aliquando accipitur pro terra ſpirituali habitata per ſanctos. Dicitur enim in ps. Iuſti autem hereditabūt terram et habitabunt in ſeculū ſeculi ſuper eam. Conſtat autem ꝙ nulla ē terra ſenſibilis in qua iuſti in ſeculum ſeculi habitent cum omnes iuſti in hac vita exiſtētes ſint mortales. Et ſic patet ꝙ terra de qua loquitur pſal. non eſt illa terra ſenſibilis in qua habitamus mortales homines temporaliter ſed illa terra celeſtis in qua iuſti habitant in ſeculum ſeculi ſal et eternaliter. Et iſta eſt proprie terra viuentium et ſic patet ꝙ vocat pſalmus ſimpliciter ſine adiectione illam terram celeſtem quam ſancti habitant quam quidem ſignificationem doctores iudeorum ſentiunt. Unde ſuper illud Iſa. lx. capi. Populus autem tuus omnes iuſti in perpetuum hereditabunt terram. Dicunt in libro can‐

hodrin celeſti omnis iſrahelita habet ſortem in ſeculo futuro. ſcriptum eſt enī populus tu us omnes iuſti īperpetuū hereditabūt terrā hec illi quā auctoritatē tenētes poſteriores moderni iudeorū ſine ꝯtradictione. Ex quo patz ꝙ terra in verbis yſa. ſimpliciter dicta. ſ. cum dicit hereditabunt terram accipitur pro terra illa celeſti et eodē modo intelligendū eſt in auctoritate deutro. xxx. per iudeos alle gata. Patz ergo falſam eē opinionē iudeorū ſcz. ꝙ ſunt congregādi corporaliter ab hac captiuitate in qua ſunt vndecunqȝ ſint et re ducendi ad terrā illā ſenſibilem quā poſſe derunt patres eorum et ꝙ predicta prophecia īpleta ē p xp̄m in congregatione ſpūali et ter ra viuentium.

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ihūs non ē verus meſſias quia non cōgregauit iudeos in iheruſalem.

t Eraūdecimū argumentū iudeorū ē licet terra poſſit intelligi celeſtis vt ī ꝑcedenti ſolutione dictum eſt non tamen vi detur quō poſſit intelligi ꝙ congregatio iu deorū non ſit fienda a captiuitate qua ſunt ad ciuitatem iheruſalē reuocādi eā. z ꝗ hoc expreſſe ſit auctoritas hiere. iij. c. In tempo re illo vocabunt ihrlm ſoliū domini et con gregabūtur ad eā omnes gentes in nomine domini in iheruſalem. cū ergo hec cōgrega tio non ſit facta expectatur ergo fiēda p meſ ſiam futurū. Respondet predictus magiſter Paulus libro eodem et di. iij c. ꝙ hec dictō iheruſalē eſt equiuoca ſicut iſte terminus ter ra ſiſtem a conſilio vnde ſup illud. ps cxxi. Iheruſalē que edificatur vt ciuitas cuius ꝑ ticipatio eius in idipſum doctores iudeorū tradūt ꝙ iheruſalē inferior diriga ad iheru ſalem ſuperiorē. Hec ille. Ex quo patet ma nifeſte ꝙ intelligātur illud quod dicitur i ps. Iheruſalē que edificatur vt ciuitas pro infe rior iheruſalē et illud quod ſequitur cuius ꝑ ticipatio eius in idipſum. pro iheruſalem ſuperiori que quidē expoſitō eſt ſatis congrua quia illa inferior iheruſalē ad illā ſuperiorē ordinatur ſeu dirigitur. patet ſm vt et dictis doctorū hebreorum ꝙ iheru ſalem quandoqȝ accipitur in ſacra ſcriptura

pro illa celeſti et ſic debet intelligi in predi cta auctoritate hiere. allegata ī quo dicit ꝙ congregabuntur ad iheruſalē omnes gētes in nomine domini. Sciendū etiam ꝙ ſecū dum doctores iudeorum non ſolū beatitu do celeſtis vocatur iheruſalē in ſcripturis. ſz etiam mons dei et locus ſanctus dei. et ſan ctuarium et atria domini et tēplū domini et huiuſmodi. et ideo cum dicitur quis aſcēdet in montē domini aut quis ſtabit in loco ſan cto eius. Et alibi concupiuit anima mea in atria domini et multa ſimilia intelligi debet ſecundum doctores iudeorum de celeſti be atitudine. Inter quos principalis eſt Rabi moyſes egyptius qui de hoc tractauit in ſuo deutero in oeu de penitentia capi. viij. De quo in particula vij loquens de premio eter no. dicit hoc eſt premium quo nullū ſuperius et hoc ē bonū poſt quod nullū aliud bonum et hoc deſiderauerūt omnes prophete. quod bonum multis eciā vocauerūt nominibus. vt mons dei et locus ſanctus eius. et locus ſanctuarij et via ſancta. atria domini et por ta domini. hec ille.

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ihūs non ē verus meſſias quia in eius aduentu nō edi ficauit templum domino.

q Vartūdecimū argumentum iudeo rū accipitur ex illo quod habetur za charie vi. Ecce vir oriens nomen eius. ſequitur. et ipſe edificabit tēplū dño et cē habetur ezechielis vltimo ꝙ ihrlm et tēplū debēt reedificari tēpore meſſie et ſm menſu ras que ibi ponūtur ſpaciū eru vltra decem milia leucaru. Iſta inquiūt non ſunt īpleta tpe ihū nazareni imo tēplū et iheruſalē ꝓp ter eius mortē fuerunt deſtructa vt dicit rabi moyſes de egypto in libro ſophtym libro de iudicibus titulo de regibus et bellis eorum ca. xi. Dicit em ibi de ihūs nazarenꝰ imagina tus eſt ſe eē meſſiā et fuit interfectꝰ p iudiciū et infra volēs cōcludere eū nō eē meſſiā. Ait ſic nam omnes ꝓphete locuti ſunt ꝙ meſſi as eſt redēptor iſrael et congregator eorum et iſte dedit occaſionē ad ꝑdēdū iſrael gla dio et diſpergēdū reliquias eorū et ad ſupprimē dos eos ergo nō eſt ipſe meſſias. Ad iſtud

argumentum dicendum q̄ ſecūdū nos et iu-
deos duplex eſt teplū et duplex iheruſalem
ſcʒ teplū materiale et ſpirituale. Iheruſalem
alta et iheruſalē baſſa pro quo eſt auctoritas
Gen̄. xxviij de iacob qui vidit ſcalam et an-
gelos aſcendentes et deſcendētes et dixit q̄
terribilis eſt locus iſte Nō eſt hic aliud niſi
domus dei etc̄. vbi gloſa hebraica dicit q̄ ia-
cob vidit iheruſalē et domum dei edifican-
dam in terris et in celis. et dicit non eſt hic a-
liud niſi domus dei et porta celi .i. domꝰ edi-
ficanda in terris nihil eſt comparatione illiꝰ
domus et iheruſalem que debet edificari in
celis et per hoc eſt magna gloſa in beresith ra-
ba que habet q̄ moyſes anteq̄ moreret̄ duc-
tus eſt in celū et vidit ibi meſſiam edifican-
tem iheruſalem in celis ex margaritis et la-
pidibus precioſis et dixit ſibi meſſias q̄ ia-
cob pater eius vtranq̄ iheruſalem viderat et
dixit q̄ nihil erat illa iheruſalē que edifican-
da erat in terris in comparatione illius que
in celis quia illa erat duratura pro iſrael in
perpetuum et dixit tunc moyſes Letatus ſū
in his que dicta ſunt mihi in domū domini
ibimus Stantes erant pedes noſtri in atrijs
tuis iheruſalem. Iheruſalem que edificatur
vt ciuitas cuius participatio eiꝰ in idipſuʒ mo-
do ad propoſitum iheſus nazarenus verus
meſſias debuit edificare et edificauit téplum
et iheruſalem non materiale ſed ſpirituale ſ.
eccleſiam et paradyſum ex lapidibus viuis
videlicet ex fidelibus. qui in preſenti templo
et iheruſalem ſuperiori compaginant̄ p̄ gra-
tiam etiam futuro per gloriam. et q̄ nō debe-
at edificari templum materiale ſecundum in-
tentionem iudeorum patet quia poteſt que-
ri ab eiſdem de quinq̄. Primo quale in nu-
mero eſſet Secundo quid contineret. Tercio
ad quid ſeruiret Quarto quis ibi miniſtra-
ret. Quinto que dies illud ſolēnizarent. Ad
primū reſpondet iudeus q̄ erit in nūero ter-
tium Sed contra hoc eſt hiere vij c. Nolite
confidere in verbis mendacij dicētes. téplum
domini téplū domini téplū domini ē. quaſi
dicat téplū materiale aliud nō debēt eſſe niſi duo
et q̄ dicat tercium téplū materiale fiendū men-
dacium dicit verba ſunt domini exercituum
dei iſrael. vt patet ibidē. Itē agge' ꝓpheta q̄
fuit tpe ſecūdi tépli hoc idē dicit capitulo ij
ca.ij. loquens de eterno aduentu meſſie
in eodē dicens. Adhuc vnum modicum eſt
et ego cōmouebo celum et terram mare et a-
ridam et mouebo omnes gentes et veniet de-
ſideratꝰ cunctis gentibus et implebo do-
mum iſtam gloria dicit dominus exercituū.
ſequitur magna erit gloria domus iſtius no-
uiſſime plus q̄ prime dicit dominus exerci-
tuum. hec domus nouiſſima fuit domus ſe-
cunda que facta fuit per eſdram in quam ve-
nit ſaluator noſter quādo fuit oblatus et ſe-
pe in eadem predicando et miracula facien-
do. et quia ipſe in eam venit dicit propheta
q̄ debebat eſſe ſua gloria maior quam illiꝰ
prime quam fecit ſalomon licet fuit nobilis
prima facta per Salomonem quia non fuit
it in regibus maior Salomone. Et attende
q̄ dicitur in textu domus iſtius nouiſſime
demonſtratiue ſignando nouiſſimam do-
mum et non dicit nouiſſime abſolute. ſicut
cogitat iudeus q̄ debeat fieri altera domus
vt predictum eſt quia ſi talis debuiſſet fieri
dixiſſet propheta domus nouiſſime. Sed
quia illa erat domus in quam debebat ve-
nire ſicut venit de facto meſſias dixit huiuſ-
modi vt de facto datur intelligi q̄ in iſtam
debebat venire et non in alteram. Nunc
autem probatur q̄ illa maioritas fuit quia
venit in ea ſaluator. legimus in primo libro
Eſdre capitulo tercio. q̄ quando finitum ē
opus domus ſecunde plurimi etiam de ſa-
cerdotibus et leuitis et principes patrum et
ſeniores qui remanſerant in illis ſeptuagin-
ta annis qui tranſierunt de prima domo ad
ſecundam lacrimabantur quia nihil vide-
batur domus ſecunda in comparatione ad
primam. Sed iuuenes qui non vide-
rant primam gaudebant in aſpectu ſecunde
In quo ergo erat maioritas glorie huius
ſecunde domus nouiſſime niſi quia in eam
venit ſaluator mundi. Sapientes iudeo-
rum declarant q̄ maioritas domus ſecun-
de fuit quia durauit per decem annos plus
q̄ prima. quia prima durauit per quatuor-
centis et decem annos. et ſecunda per ccce.
et viginti annos videre qualis eſt gloria q̄a
durauit decē ānis plus in illis decē vltimis
an deſtructionē iā non habebat gloriam neq̄
ptātē qr per ſex ānos anteq̄ deſtrueret̄ do-
mus ſecunda. Tytus et veſpaſianꝰ mādaue-
rūt q̄ nō facerent ſacrificia poſt aduentum

etiam ſalvatoris noſtri qui fuit pauco tempore ante deſtructionē ſecūde domus ſecundum quod ipſe dixit. Luce xix. quod non remanebit in ea lapis ſuper lapidem quondie fuerunt de malo in peius et que gloria erat quod ipſa duravit decem ānis plus quam ipſi maneerant captivi et ſubditi. Sunt aliq ſapiētes iudeorum qui declaraverunt quod maior eius illa fuit quia fuit melius operata quam prima ſalomonis et quod illam reparavit herodes. Sed bene debemus intelligere quod non attingit herodes ad illud ad quod attinxit ſalomon ut faceret maiorē et meliorem domum. Ceterum thalmuth i libro qui vocatur yoma dicit quod quinque qui fuerunt in prima domo non fuerunt in ſecunda. Primum archa teſtamenti ſecūdum ſemhāmeforas quod ponebāt ſacerdotes ſuper cor ſuum. quia mandavit lex in Exodo quod cum aliis pānis ſacerdotalibus faceret unum alium pannum qui in hebraico vocatur oſpher qui eſſet quadratus et duplicatus et quod eſſet quantitatis unius palmi in longum. et alterius palmi in latū iter duplicaturam huius pāni ponebat ſacerdos ſemhammeforas ſcriptū in hoc panno mandavit lex quod ponerētur duodecim lapides precioſi in quattuor lineis de tribus in tres ita quod tres eſſent directe quod qualibet linea et mandavit quod ſcriberentur nomina duodecim tribuū in illis lapidibus unum nomen in quolibet lapide et cum ſacerdos pōebat ſuper ſe hunc pānum volens ſcire ſi irent ad faciendum guerram vel ſi haberent victoriā et ſi irent quem tribus haberet victoriam per virtutem illius ſemhammeforas ſtatim relucebat lapis et ſplendebat nomen illius tribus per quam debebat habere victoriam et ſi non oportebat ire ad guerram ſplendebāt quedam littere que dicebant non. et ſi oportebat ire relucebant littere que dicebant ſic. et iſtud non fuit in domo ſecunda Tercium quod non deſcendebat ignis de celo ad comburendum ſacrificium ſicut in prima. Quartū quod gloria dei que apparebat i prima domo in ſancta ſanctorum inter cherubin non videbatur in domo ſecunda. Quintum quod in prima veniebat ſpiritus ſanctus ad loquendū cum prophetis et in ſecunda non quia tres ultimi prophete ſ. aggeus zacharias et malachias qui fuerunt in domo ſecunda erant ſenes et remanſerant a tempore domus prie et in malachiam ceſſaverunt prophete quod ipſe fuit ultimus nunc ad propoſitum redeamus ex quo in domo ſecunda deficiebant iſta quinque in quo erat maioris glorie quam prima niſi quia debebat in ea venire meſſias filius dei qui incomparabiliter excedebat omnia predicta. Patet ergo manifeſte ex hac prophetia nullam aliam domum ſive templus materiale fiendum cum domus iſta ſecunda eſſet noviſſima in qua venit xpūs qui eſt vera gloria. Sed arguit ulterius iudeus ſi tu dicis quod hec prophetia fuit impleta in domo ſecunda quando motum eſt celum et terra et mare et arida quia non videntur iſta facta eſſe in adventu iheſu nazareni ergo neceſſe eſt dare tercium domum quando iſta implebūtur. Reſpondeo quod immo omnia iſta fuerūt impleta in adventu iheſu nazareni veri meſſie. Dicit enim adhuc unum modicum. id ē tempus breve reſpectu precedentis durationis mundi et ego movebo celum iſtud fuit impletum quando ſtella nova in nativitate xpī apparuit Math ij et terram et mare quod fuit impletum per victoriam romanorum in omni terra et in inſulis maris Et movebo omnes gentes hoc fuit impletum in immutatione chriſti nativitate propter quod exijt edictum a ceſare auguſto ut deſcriberetur univerſus orbis redactus ſub dominio romanorum imperatoris propter quod ibant ſinguli in civitatē ſuā et tunc xpūs fuit natus. Luce ij. Ipſo ergo xpō adveniēte mutatudo maris ad cū eſt converſa celum, tellus et maria ſunt commota. cōmota inquit ſunt celi et terre et maris habitatores exultaverunt. et undique terrarū iheruſalem habitationes varias oblationes varias ad laudem ipſius chriſti attulerunt Ad ſecundum in quo querebatur ſi haberet tercium templuz materiale quid contineret dicit iudeus quod contineret archam. tabulas virgam et manna Sed contra hoc eſt Viere. in capitulo iij non dicent ultra archa teſtamenti neque aſcendet ſuper cor neque recordabuntur illius nec viſitabitur nec fiet ultra. ſz in tempore illo vocabunt iheruſalem ſoliuz dñi et cōgregabūtur ad eā omnes gētes. ubi eſt gloſa doctorū iudeorū quod pro tēpe iheruſalem ſoliū dñi iuda iſrael ſi ſcriantur terra ota hec vocabula ſignificāt gliam paradiſi Ad tercium ſi daretur terciū teplū ad qd ſeruiret dicūt iudei quod ſeruiret pro ſacrificijs faciendis ſicut

ſtemia domus. Sed contra hoc dicit deus yſa.
lxi. Celū ſedes mea terra ſcabellū pedū meo
rum que eſt iſta domus quā edificabitis mi
hi et quis eſt iſte locus quietis mee. Reſpon
dent iudei dominus, domi eſt iſta tercia domus
edificabitur tibi pro ſacrificiis offerendis ſi
cut in ceteris domibus fuit factum vel ſpeci
as pro peccatis noſtris et parcas et dicat do
minus eis ad quē reſpiciā niſi ad pauperculū
contritum ſpiritu et trementem ſermōes me
os. Et exēplificat de ſacrificiis antiquis di
cens qui imolat bouē quaſi qui interficiat vi
rum qui mactat pecus quaſi qui excerebat
canem qui offert oblacionem quaſi qui ſan
guinem ſuillum offerat qui recordatur thu
ris quaſi qui benedicat ydolo. quaſi dicat
iſta ſacrificia non mihi placent. ceſſare debēt
et ſolū mihi placet quod ipe meſſie eſt ſiē
dum. id eſt ſacrificium cordis contriti et hu
miliati. etc. Ad quartum in quo queritur
ſi daretur tercium templum quis ibi mini
ſtraret. Reſpondent iudei quod ibi ſeruirent ſa
cerdotes de leui. et de ſadoch. Sed contra
hoc eſt yſa. lxi. et eodem vbi loquens de meſ
ſia dicit. et declinauit ſuper eā ſicut flumen
pacis ſequitur et mittet agentes in affricam
et lidyam et ytaliam et greciam etc. et faciet
ex eis in ſacerdotes et leuitas dicit dominus
quod impletum eſt in iheſu nazareno tem
pore apoſtolorum Sacerdociū enim antiq
legis figura fuit ſacerdocij noue legis et io
preſente ſacerdocio noue legis ceſſare debet
antiquum ut catur illo i. Reg ij vbi ſic ait de
us. Nunquid nō aperte reuelatus ſum domui
patris tui cū eēt in egypto et elegi eū ex oībus
tribubus iſrael mihi in ſacerdotē vt aſcēderet
altare meū ſequitur. Ecce dies veniunt et preca
dā brachiū tuū et brachiū domus patris tui
vt nō ſit ſenex in domo patris tui i. preſbyter
vel ſacerdos et quaſi in fine capituli concludit
et ſuſcitabo mihi ſacerdotē fidelē qui iuxta
cor meum et animam meam faciat et edifi
cabo ei domū fidelē et ābulabit corā chri
ſto meo cunctis diebus. vbi euidenter oſten
ditur quod iudeorum ſacerdotium erat finaliter
ceſſaturū et erat aliud cōſurgendū cunctis
diebus perduraturū coram xpo domino Iu
xta illud ps. Tu es ſacerdos in eternū ſcdm
ordinē melchiſedech. Nec valet fuga
infidelis iudei ſi vellet fugere per inſtitutionē
ſadoch et expulſionem abyathar a ſacerdo
tio. tercii Reg. ij. c. quia cū iſta expulſione hac
etiam generalē intellexit propheta ſicut appa
ret ex mō loquendi quia dixit quod eiectis de
bus certū eſt autem quod cūctis diebus ſadoch
non miniſtrauit nec volo tacere quod ſequitur i
eadem prophetia futurū eſt autem vt quicū
que remanſerit in domo tua veniat vt oretur
pro eo et offerat nummum argenteum et tor
tam panis dicatque dimitte me obſecro ad v
nam partem ſacerdotalem vt comedam hac
offā panis hic eſt textus noſter littera vero he
braica ſicut habui a quodam perito conuer
ſo de iudaiſmo reuelante mihi hoc ſecretum
hic habet ſic. Ego ſuſcitabo mihi ſacerdotē
fidelem ſicut cor meum et voluntatem meā
faciet et venient ad adorandum et me in do
mo mea in calice argenti et in placentula pa
nis et dicent coniunge me nunc vni iſtorum
ſacerdotum ad comedendum hanc placen
tulam panis littera hebraica vbi nos habe
mus nummum argenteum habet agorath
que ſeph quod ſonat in calice argenti. Ex
quibus manifeſte patet non ſolum mutationē
ſacerdotum ſed etiam nouum ſacrificium fu
endū in calice argenti et torta panis que ve
clare patet impleta ſunt in aduentu chriſti et
ſuorum ſacerdotum de iſta materia lacius di
cetur infra in xxiiij argumento Ad quin
tum ſaltem ſi daretur tercium templum que
dies illud ſolemnizaret Reſpondent iudei
quod dies magna ſolemnis in illo templo erit
Centesimũseptimũ argumentum iudeorũ qz ex evangelio sumitur ex illo loco. Math. xviij. non est voluntas ante patres vestrum qui in celis est vt pereat vnus de pusillis istis et ibidem premittitur venit filius hominis salvare quod perierat. Itẽ. Mr. xiij c. dicitur. Jõ in parabolis loquor eis videntes non videant et audientes non audiant nec intelligant. Ex his arguit sic iud. Si venit ihũs salvare quod perierat vt d et tamen loquebatur peccatoribus parabolice vt non intelligerent nec per consequens converterentur vt ibidem vt in evangelio dicitur. Ista sibi videntur manifeste contrariare s. q quereret salutem peccatorum et quereret nec vellet. Item istud ultimo destruit verbum domini ezechielis xviij Nolo mortem peccatoris sed vt magis convertatur et vivat. Dicendum q xpc non semper loquebatur turbis parabolice sed aliquando plane et aperte tractans ea que sunt de necessitate salutis vt patet Mar v. capi. et. x. vij ubi tradit formam pfectõis evangelice. Sed quoniam frequenter ad eius predicationem veniebant homines maligni ad discendum sed ad insidiandum ei Ideo tunc loquebatur parabolice vt non intelligerent ne daret sanctum canibus et poneret margaritas ante porcos. Aliquando etiam fidelibus et devotis loquens parabolam premittebat et postea exponebat vt permissione parabole veritas gratiosius peretur, et hic modus communiter in ecclesie predicationibus observatur. Patet igitur q ihesus aliquãdo loquebatur parabolice et aliquando plane et hoc rationabiliter nam ezechiel et alij prophete frequẽter v q modo loquebantur vt patet cõmuniter libr inuenti. Moyses etiam aliquando loquebatur populo velata facie aliquando vero sine velamine. Item iudeus arguens contra ihesum eo q dicat in parabolis loquor eis vt videntes non videant et cetera. Arguit contra deum veteris testamenti et per consequens seipsum dicit enim. Dominus Esaie. vi. capitulo. Excecã cor populi huius et aures eius aggrava. quam auctoritatem. Ihesus ita allegavit tan q impletam in sua predicatione per quam simplices christiani fuerunt illuminati apostoli et sacerdotes et scribe fuerunt excecati. De quibus excecatis dictũ fuit supra consideratione prima huius tercij libri. Ticco bsiat q ver

Esaie sunt hic aliqualiter mutata. Nã apo-
stoli et euangeliste allegãtes scripturã vete-
ris testamenti magis curauerũt allegare sẽ-
sum ꝙ verba. Decauit ergo exercatio sua ab an-
tiquis doctoribus iudeorũ exponẽtibus in
libro Af c. i. Decorus illud quod dicit moy-
ses Deutro xxij c. generatio praua atq; per
uersa hec ne reddis domino popule stulte
et insipiens. glo. stulte in his q̃ preterierũt in-
sipiẽs ad futurũ seculũ per quod intelligitur
xpo messie in glos hebraicis vbiq;. Quod
autem ulterius dicit ihũm destruere verbu
domini dicentis Nolo mortẽ peccatoris etc
nõ valet Nam in populo sunt aliqui pecca-
tores penitentes et aliq obstinati. De peni-
tentibus dicit dominus verbũ istud et mul-
ta cõsimilia. De obstinatis vero dicit cõmi-
natione aspera et totalẽ destructionẽ Job.
xxi. c. ducũt in bonis dies suos et in puncto
ad inferna descendunt et hoc patet per effec-
tum de chore et sibi adherentibus Numeri
xvi. Et ideo si arguit iudeus ipsum destru-
xisse domini verbũ eadẽ ratione sequitur ꝙ
destruit de⁹ verba sua q̃ ẽ iniquũ et cõtra se
ipsum maxime in verbis vbi in eodẽ cõtextu
linere talis modus loquẽdi cõtra⁹ de obsti-
natis et penitẽtib⁹ frequẽter inuenitur vnde
Exod. xxxij c. et ut Ego occidã s. obstina-
tos et ego viuere faciã s. penitentes et psal
mo lxxvij Cum occideret eos querebãt eũ
et reuertebantur etc. Occasio refertur ad ob-
stinatos peccatores. Reuersio vero ad peni-
tentes qui aliorũ pena territi reuertebantur
et penitebant.

Contendit ꝙ ihũs xps non est deus q̃a
orauit.

Extimũoctauũ argumẽtũ iudeorũ
ex euãgelio sumit ex illo verbo. M.
xxvi. c. tũc venit cũ illis ihũs in vil-
lã que dicitur gethsemani et dixit discipulis
suis. sedete hic donec vadã illuc et orem Ex
hoc arguit iudeu⁹. Si ihũs est deus quo-
modo orauit ipsius enim dei non est orare
sed ab alijs orari vt sic loquar loq. p supi⁹ dic-
ta sicut hic istud argumẽtũ iudaicũ soluit.
q̃i declaratũ est supra p scripturas hebreorũ
ꝙ messias i veteri testamento p̃missus futurus
erat ver⁹ homo et ver⁹ de⁹ in vna psona. Itẽ
ꝙ redẽpturus erat mũdũ p passione suã in

humana natura. Itẽ ꝙ ihũs nazarenus est
ver⁹ messias iudeis p̃missus Ideo habuit
corpus passibile et mortale p nr̃a redẽptiõe
vsq; ad suã resurrectionem. In qua habuit
corpus ĩmortale et gl̃iosum. Dicendum er-
go ꝙ ihũs nazarenus in humanitate pro no-
bis assumpta in qua est minor precabatur eũ
pro nobis sicut scribitur Esaie liij et p trãs-
gressoribus orauit vt. s. non perirẽt. quod ca-
pitulum intelligitur de xpo ad literã sicut
supra sepe declaratum est Orauit etiam pro
seipso Johãnis. xvij c. pater clarifica filium
tuum etc.

Contendit ꝙ ihũs xps nõ ẽ deus q̃ fuit
tristis et timuit.

Extimũnonũ argumentum iudeorũ
ex euãgelio sumit ex illo loco Ma.
quo supra Assumpto petro et duob⁹ filijs
zebedi cepit tristari et mest⁹ esse. tunc ait illis
Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ: sequitur.
procidit in faciẽ suam orans et dicens. Pater
si possibile est transeat a me calix iste. Ex his
arguit iude⁹ dupliciter Primo sic Quis vn
ꝙ audiuit de deo loqui trementer et timẽte
cũ de⁹ sit omnipotens ad faciendũ quod vult si
ne difficultate Si autẽ dicatis ꝙ iste timor
et tremor in carne fuit sed non in anima: q̃a
est ita fatuus qui ignoret carnẽ dolere et ti-
mere nisi per animam. Itẽ ij per hoc ꝙ dicit
transeat a me calix iste etc. patet ꝙ in eo non
fuit virt⁹ ad saluandũ vitã suã et carnem. re
spõdetur psupposito ꝙ sepe supra declara-
tũ est ꝙ ihũs est ver⁹ deus et verus hõ Ad
primũ dicitur ꝙ timor et tremor et similia nõ
fuerunt in natura diuina quia hoc est impos
sibile nisi trõmetaphorice sic Gen vi c. di-
citur et tactus dolore cordis intrinsecus o de-
lebo inquit hominem quẽ creaui a facie ter-
re. Similiter nec in natura humana q̃tũ ad
partem anime superiorem que est intellectiua
In qua ihesus ab instãti sue conceptiõis fu
it comprehensor et summo gaudio fruebat.
Sed q̃tum ad partem anime inferiorem q̃
dicitur sensitiua et etiã organo corporali in
qua ihesus fuit viator futurus predicta ad
opus nostre redemptiõis et vt in ipso osten
deretur vere natura sensibilis contra futu-
ros hereticos qui dicturi erant ꝙ christus
non habuit corpus passibile sed celeste.

Ad ſecūdū cum īducitur tranſcat a me calix iſte. Dicēdū ꝙ hec petitio erat ſenſualitatis ſicut mouentis q̄ naturaliter horret mortem ſed erat rationi ſicut ꝓponētis tā ꝑ quā tā ratione ihūs accipiabat mouē quia voluntas rōnalis in eo erat totaliter volūtati diuine cōformis. Ideo dicebat veruntamēnon mea ſed tua voluntas fiat et accipitur hec volūtas ꝑ appetitu ſenſitiuo quē appetitū intellectus ſuperabat. Ideo de ipſo ſcribitur Eſaie liii ca. Oblatus eſt qi ipſe voluit in hebreo ſic habetur in anguſtiatus eſt qi ipſe voluit. et infra eodem ca. dicitur ipſe tradidit in mortē animā ſuā et cū ſceleratis reputatus eſt et ꝓpter hoc dicebat math. xxvi c. Spūs quidē ꝓmptus ē i. voluntas rōis ꝓmpta ē ad mortē caro aūt īfirma i. ſenſualitas et hoc ſue nitur nō ſolū ī ihū nazareno ſed etiā ī martirib' in nouo teſtamēto ſicut patet de multis et etiā in veteri teſtamento. De machabeis ab antiocho tormētatis et de beleazaro de quo dicitur ii Machabeorū vi. c. ſed cū plagis permerctur ingemuit et dixit. Domine q̄ hēs ſanctā ſciam tu ſcis qi cū amorte poſſum liberari graues corporis ſuſtineo dolores ſm animā aūt i ſecūdū ꝑtem anime ſuperiorē libenter hec patior. Quod autem arguit iudeus ꝙ caro non dolet timet et triſtatur niſi per animā hoc eſt verū de anima ſenſitiua ſed quia neſcit diſtinguere inter ſenſū et intellectū ideo facit ridiculoſum argumentum.

Contendit iudeus ꝙ xp̄us non eſt deus quia iuit ad ficulneam ad ꝗrendū fructus que nō habebat niſi folia et qi maledixit ei cū nihil nocumenti ſibi feceret.

Decimū argumētū iudeorū ex euāgelio ſumit ex illo q̄d ſcribitur M. xxi. Mane autē reuertens in ciuitatem eſuriit et vidēs fici arborē vnā ſec' viam iuit ad eā et nihil inuenit in ea niſi folia tantū. et ait nūꝙ ex te naſcat fruct' in ſempiternū et areſacta eſt continuo ficulnea. Ex his arguit ſic iudeus Si ihūs fuiſſet de' cognouiſſet a lōge fructū ficulneā nō hēre nec ad eā iuiſſet Itē cū ipſe dicat bn̄facite his q odeӧrūt vos. quō maledixit arborē q̄ nihil nocuit ſibi et ideo videtur hoc feciſſe ex ire ꝑturbatione. dicendū ꝙ ihūs nō ſolū in ꝗtū deꝰ quē nihil pōt latere ſciuit fructū in arbore ñ eē ſed etiā in q̄tum hō qi q̄libet etiā ſcit ſimplex potent illud ſcire cū nō eēt tēp' ficorū vt dicit Marci. xi. c. ad q̄d ergo iuit ad arborē fructu vacuā. Dicēdū ꝙ ſicut ꝓphete veteris teſtamēti aliqñ ꝓphetabāt verbis aliqñ ſenſibilib' ſignis. ſicut Hieremias ꝓdixit deſtructionē ciuitatis Iheruſalē per caldeos et portauit cathenas ligneas in collo ſuo vt habetur hieremie c. xxvii ad ſignificandū ꝙ populus cathenis vinct' duceretur in captiuitatem ita ihūs q̄ hic dicit ꝓpha magn' Luce. x c. et de quo ꝓdictū fuit Deutro. xviii. c. ꝓphetā ſuſcitabit vobis deus de fratrib' veſtris etc. deſtructionē ciuitatis iheruſalē futurā ꝑ romanos ꝓdixit Luce. xix. eo ꝙ nō cognouiſſet tēpus viſitationis ſue. ſ. ꝑ ipm. Que q̄dē cognitio ad ſacerdotes et legiſꝑitos ꝑtinebat et ideo defectū eorū et punitionē ſignauit ꝑ ſenſibile ſignū arboris fructu carētis. Nā ipſe veniens ad ſacerdotes et legiſꝑitos quorū fructū boni eſuriebat vacuos bonis operibus inueniebat et per maledictionē arboris eos a deo maledictos ſignificauit. Et per eius areſactionē eorum deſtructionē ꝑfigurauit. Nā poſtea capta ciuitate ꝑ romanos cū ſacerdotes miam peterēt eis' iuſſit eos occidi dicēs eos eē degeneres het qui tēplo deſtructo ſupereēt ſupuiuere. Patet igitur ex ꝑdictis ꝙ ihūs circa ficulneam nihil faciebat ex ignorātia ſeu ꝑturbatione ire ſed ex magna ratione et myſterij ſignificatione.

Contendit ꝙ ihēſus xp̄s non eſt deus ꝙ accepit ab alio poteſtatem dicēs data ē michi omnis poteſtas in celo et in terra.

Undecimū primum argumentum iudeorum eſt ex euangelio ſumitur ex illo verbo. Math. vltimo. c. data ē mihi omnis poteſtas in celo et in terra. Ex hoc arguit iudeus ꝙ ihūs non ſit deus qui ex ſe eſt potentiſſimus et ab alio non accipit poteſtatem Si autem dicatur ꝙ a patre data ē ſibi ptās hoc nō valet qi ſpiritui cōtinet pſem et filiū eē equlos. Dicēdū ꝙ ihēſu duplex eſt ptās ſicut eſt duplex natura. Una ē poteſtas diuina quā habet ab eterno nō tamē a ſe ſed a patre a quo eſt diſtinctus i ꝑſo

na nō tamē in hoc minor eſt patre q: ab eo accepit eandē in numero naturā et poteſtatē ſicut ſeptus e ſuper⁹ dictū eſt īn ibus non loquitur hic de iſta pote ſed de alia quā ab eo accepit in humana natura. Nā ab initio aſſumptionis humane nature ad perſonā filij illa natura habuit excellentiam ſuper oēs creaturā auctoritatiue nō tamē executiue. Naz inter oēs apparuit in forma ſerui in humana natura paſſibili ꝓpter myſteriū noſtre redēptionis ad īplēdū ſicut fuerat predictū Iſa. liij. Uere languores noſtros ipſe tulit et dolores noſtros ipſe portauit. Diſciplina pacis noſtre ſuper eū et liuore eius ſanati ſumus quod intelligitur ad litterā de ꝑdo enā ſm antiquos doctores hebreorū ꝑut dictū fuit ſupra libro primo in argumē nouitate ſauri. Sed in ſua reſurrectione accepit hanc poteſtatē executiue ideo tūc dixit Data ē mihi omnis poteſtas ecc. Tñ in iudicio finali omnia plenius erūt ſubiecta ſibi ſicut oſtendit apoſtolus ad hebreos. ij c. Per hanc tamen poteſtatē que ſuam ē non eſt nec erit equalis deo patri. Sic ergo patet reſpōſio ad obiectū iudeorum ex euangelio.

Contendit q ihūs xp̄s non eſt unus de⁹ cum pre et ſpūſancto quia ipſe deſcendit in uterū virgis et non pr et ſpūſſanctus.

Iceſimūſecūdū argumentum iudeorum accipitur ex verbis xp̄ianorū. Unde dicit iudeꝰ ſic vos xp̄iani dicitis q eſt vnus creator. et q xp̄s veſter eſt filius eius et q deſcendit de celis ſine ſeparatione a pre et a ſpūſācto. qñ ergo vos dicitis q filius deſcendit in utero virgis quero ſi tūc pater et ſpūſſanctus fuerunt ab eo ſeparati aut non. Si dicatis q ſic. eſt contradictio in verbis veſtris. quia dicitis q deſcendit ſine ſeparatione ab eis. Si vero dicatis q nō ſequitur q pater et ſpūſſanctus ſunt incarnati ſicut et filius quod vos negatis. Dicendum q deſcenſus filij in uterū virginis non eſt intelligendus per motū localē ſed ꝑ nouū eſſe eius i virgie q quidē effectus eſt coniunctio diuine nature et humane in vna perſona. Hec igitur coniunctio pōt cōſiderari dupliciter: Uno mō effectiue et ſic facta fuit a tribus perſonis ſ pre et filio et ſpūſancto. nam eorum opera ſunt indiuiſa. Alio modo terminatiue et ſic iſta coniunctio terminata eſt ad perſonā filij ꝓpter quod ſolus filius dicitur incarnat⁹ licet autem ad hoc non poteſt poni exemplum q non habeat plus de diſconuenientia q̄ de conuenientia tamen q̄tum ad aliquid poteſt poni conueniens. Ponatur igitur caſus q plato ſortes. et cicero tractāt matrimoniū berthe cū ſorte qui eſt media perſona. Si igitur queratur a quo ē effectiue iſta matrimonialis coniunctio. patet q a tribus. Si autem queratur ad quem eſt terminatiue. patet q ad ſortem tantum ꝓpter quod ipſe ſolus dicitur et eſt berthe maritus. Sic ſuo modo eſt in propoſito quia licet pater et filius et ſpūſſanctus ſint vnum in natura tamen ſunt diſtincti in perſonis. Incarnatio vero terminata eſt ad filium prout perſona/ liter diſtinguitur a patre et ſpūſſancto non tamen dicitur ſeparatus ab eis. quia nomē ſeparationis non accipitur in diuinis perſonis quia ſignificat diuerſitatem eſſentie non autem ſic nomen diſtinctionis. Item habemus aliud exemplum in tribus domicellis induentibus terciam illarum de quibus ꝓt dici q quicquid facit vna facit alia vna tamen ſola induitur. Eodem modo dicendum eſt q opus incarnationis aliquando attribuitur patri ut ibi Cum autem venit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum ecc. Ad Gal. iiij. Quādoq autem filio attribuitur. ut ibi exiui a patre et veni in mūdum. Iohis xvi. Qnq attribuitur ſpūſancto ut in ſymbolo. Qui cōceptus eſt de ſpūſancto. ſed hec ideo dicuntur quia opus incarnationis fuit magne potentie ſapientie et bonitatis que tribus perſonis attribuuntur ſolus tamen filius terminatiue ut dictum eſt indutus eſt veſte carnis humane iuxta illud ad philippē. ij. Exinaniuit ſeipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo. Sic igitur patet q ad dictum chriſtianorum de incarnatione non ſequitur contradictio ſeu aliud inconueniens.

Quod ihēſus chriſtus non eſt deus quia fuit miſſus ſiue miſſus

Decimumtercium argumentum iude/orum est. Quero a vobis xpianis vi et iudei? Utrum videlicet xps fuit mittens vel miſſus. Si dicatis quod miſſus quis vnquam audiuit deum miſſum ad alterum quaſi dicat hoc eſt apertum mendacium. Si autem dicatis quod eſt mittens vos facitis eum mendacem quia dicit Joh. viij. et ego non ſum ſolus ſed ego et qui miſit me pater. dicendum quod dei filius est mittens et miſſus fuit et miſſus in mundum a patre et ſpiritusancto in ſua incarnatione benedicta. ſicut ſuperius fuit declaratum argumento. xxiij. quarte conſiderationis per auctoritatem. Eſaie. xlviij. et nunc miſit me dominus et ſpiritus eius. hec dicit ſanctus tuus redemptor iſrael. Eſt etiam mittens ſpiritumſanctum ſicut dicit Job. xv. mittam vobis ſpiritum veritatis etc. Circa quod ſciendum quod miſſio alicuius importat duplicem habitudinem vnam ad mittentem ſecundum quam aliquomodo miſſus procedit a mittente. Aliam ad terminum ad quem mittitur ſecundum quam miſſus eſt vbi prius non erat vel eſt ibi alio modo quam prius. licet autem in diuinis non ſit proceſſus vni perſone ab alia ſecundum motum localem vel ſeparationem realem tamen eſt ibi proceſſus ſecundum originem quod filius procedit a patre et ſpiritusſanctus ab vtroque. Sic igitur filius et ſpiritusſanctus habet habitudinem ad mittentem habet etiam habitudinem ad terminum miſſionis non tamen ſic intelligendo quod incipiant eſſe vbi prius non erant ſimpliciter quod de neceſſitate ſunt vbique per eſſentiam potentiam et preſentiam ſicut patet hieremie xxiij. Celum et terram ego impleo dicit dominus. Sed ſic intelligendo quod incipiat eſſe vbi prius erant tamen alio modo et terminus filius miſſus in mundum a patre quod incepit ibi eſſe vt homo vbi tamen prius erat vt deus Johannis .i. ca. In mundo erat et mundus per ipſum factus eſt et mundus eum non cognouit. In propria venit etc. et ſpiritusſanctus ſimiliter dicit miſſus apoſtolis viſibiliter quando ſuper eos apparuit ſigno viſibili. Nam hoc modo prius non erat ibi et quando dicitur mittitur inuiſibiliter ad ſanctificandum creaturam rationalem quia incipit ibi eſſe per gratiam ſanctificantem vbi tamen prius erat per eſſentiam preſentiam et potentiam. Ad argumentum iudei patet quod non eſt contradictio quia licet filius ſit mittens et miſſus non eſt ſecundum idem.

Contendit quod ihesus xpus non eſt deus quia locutus eſt ſathan ſtudet ad interficiendum me.

Decimumquartum et vltimum argumentum iudeorum eſt in libro ſymonis cephe dicit ihesus. Ecce ſathan ſtudet ad interficiendum me de manu deorum et non habet me in manu ſathan. Ex hoc arguit iudeus dicens. Quare non conſideratis vos xpiani dicentem iſtum deum ſic loquentem. dicendum quod iſte in deus falſum accipit. Nam in epiſtolis petri aut alibi non inuenitur hoc dictum a ihesu nazareno. nam ſi hoc dixiſſet et factum fuiſſet nullum inconueniens ſequeretur. Nam ſupra declaratum eſt quod ihesus eſt verus deus et verus homo in vna perſona ipſe vero ſicut deus permiſiſſe inquantum homo a dyabolo temptari et de loco ad locum portari vt ſupra dictum eſt et quia pater et ſpiritusſanctus ſunt vnus deus cum eo Ideo ab ipſis fuit etiam iſta permiſſio. Ideo ſi ſathan hoc modo fuiſſet permiſſus querere quod iudeus allegat falſo nullum inconueniens ſequeretur. Patet etiam iudei falſitas vt dicit Nicolaus de lyra per hoc quod obiectiones ſuas in aperto mendacio terminauit.

Tractat de bello iudeorum per argumenta ſumpta ex natura et allegat contra legem xpi. xxiij. impoſſibilia.

Sexta conſideratio eſt de bello iudeorum per argumenta ſumpta ex natura. Sicut enim mille nocendi modos habet dyabolus ſic et iudeus eius filius. Cum enim miſerabiliter duo bella prima perdiderunt tanquam homines ſine lege ad ſpeculum nature ſe vertentes viginti quatuor impoſſibilia nature mouent contra noſtrum fidei fortalicium. ſi forte poſſint illud expugnare ac ſi muſca volatu alarum ſuarum niteretur obſcurare claritatem ſolis.

Impoſſibile eſt deum inquinari quod tamen ſequeretur ſi incarnaretur in corpore mulieris.

Primum impoſſibile mouetur circa incarnationem filii dei. Arguit ergo iudeus ſic. Impoſſibile eſt deum inquinari ergo impoſſibile eſt deum incarnari. Secundo

eſt cõiter conceſſum. ſed mã ſequentis ꝓbat
qꝛ ad oppoſitũ ꝯñtis ſequitur oppoſitũ an/
tecedentis. Sequitur et ſi poſſibile ẽ deũ icar/
nari ergo poſſibile eſt deũ inquinari qꝛ ſi de
us incarnaretur ingrederet in corpore muli
eris que ẽ res imũda et conſequenter inqui
naretur. Reſpondetur negãdo conſequẽtiã
et ad ꝓbationẽ ꝙ ex incarnatione in corpor
mulieris ſequitur inqnatio. cũ mulier ſit res
imũda et ex cõtactu imũdi polluitur tangẽs
Dico ꝙ hec ꝓbatio nulla eſt. qꝛ cũ ſol ſole
tangat res imũdas et nõ inquinetur quan
to magis deus qui ſolẽ fecit inquinari a nl
lo imũdo põt. Itẽ et ſi concederetur de aliis
mulieribus ꝙ imũde ſint de virgine tamen
matre dei nullatenus conceditur qꝛ ipſa mũ
diſſima fuit. De ipſa .n. ꝓphetauit Hieremi
as .c.xxxi. Nouũ faciet dominus ſuper terram
mulier circũdabit virũ. in quo oſtenditur ꝙ
hec mulier mũdiſſima fuit in cõceptu ſuo et
natiuitate alias non eẽt nouũ. qꝛ antiquũ
eſt mulieres concipi et generari in peccatis.
Itẽ alii infantes inquinantur in ventre ma
tris et iſtud eſt antiquum ſed fuit nouũ i vẽ
tre virginis ꝙ vir ille de quo loquitur pro/
pheta. plenus ſcĩs et virtute ab inſtanti ſue ꝯ
ceptionis imũdiſſimo illo vtero mundiſſi/
me continetur nec matricẽ mulieris quam
deus ordinauit locũ nature humane ſocie/
piendũ reputare debemꝰ locũ imũdũ nec ma
lum ſed ianꝙ meliorem datuꝫ ab eo nature
humane in actu qꝛ ibi intus intrauit ſpũſſã
ctus ad ſamſonem et ad hieremiam et ad io
hannẽ baptiſtam et ibi intus in corpore illo
creat deus de nouo animã rõnalem in quali/
bet creatura que fuit et erit. De mũdicia etiã
huius mulieris ꝓphetauit ſalomõ canticoꝝ
rum iiii ipſam laudãdo in perſona dei pa
tris dicens Tota pulchra es amica mea et
macula non eſt in te ecce ꝙ declarat abſꝗ macu
la et mũdicia ipſam confitetur. Itẽ cã ami/
plꝰ laudãdo in eodẽ libro dicit Sicut liliuꝫ
inter ſpinas ſic amica mea inter filias. Vo/
cat aũt deꝰ filias ſuas oẽs virgĩes ꝙ opa ca
ſtitatis pietatis et virginitatis fecerũt. Sed ꝓ
pter excellẽtiſſimã opa virgĩs inter filias ſu
as eã liliũ vocat qꝛ et ſi iſte ſint filie tñ eum
aliqꝰ ſpinis originalis vel venialis culpe
fuerunt Hec aũt liliũ inter ſpĩas ſine ſpinis
culpe et imũdicie. Ne mireris ergo iudee ſi i
virgine mũdiſſima deꝰ ſe inuoluerit humilia
ri ꝙ in ea ſe incarnatus ſine inqnatione ꝗ/
cũꝗ et de ea naſci virgĩe ꝑmanẽte ꝓpter no/
ſtrũ amorẽ. Hanc ei humiliatõne videbis
ꝙ deus oſtendit moyſi in figura quãdo ſe
demõſtrauit eidẽ in figura rubi. nũquid nõ
erãt multe alie arbores nobiliſſime nolluit
tamẽ apparere niſi in infimiori arbore vt ſũ
mã humilitatem ſuam oſtenderet et ſicut ñ
cõburebatur deus in rubo qui videbatur ar
dere nec in virgine inquinabatur que ab ali
is ſicut alie mulieres reputabatur concepiſſe
et ſicut rubus ardebat et nõ cõburebatur ſed
manſit integer et icorruptus ſic et virgo ma
na integra et incorrupta mẽte et corpe ſemp
permãſit. In hac ergo virgine deꝰ deſcendit
hic ſe humiliauit verbũ caro factũ mũdiſſi/a
cõceptiõe virginei et mũdiſſimi thalami Et
ſi dicat iudeus quõ eſt poſſibile deũ hum/
iliari cum ſit altiſſimus. Dico ꝙ dei humili/
tas nihil tollit de eius pfectione ſed extollit
et ſuperexaltatur eius clementiſſima bõitas ex
amore p humani generis redẽptione. ꝙ ne
ſic tibi difficile teſtimoniis legis tue pander/
ꝓpono eius humilitatẽ. qꝛ nõ ſolũ ſe humi/
liauit in virgine conceptus et de virgine na/
tus ſicut dictum eſt. Sed et vltra ſe humilia
uit humiliſſime inter homines cõuerſatus ſi
cut declarat zacharias ca. ix. Gaude et letare
filia ſyon ecce rex tuꝰ venit tibi iuſtus et ſal/
uator et ipſe pauper et aſcendens ſuper aſi/
nam. Ecce nimis humiliatõ ꝙ ille qui ẽ do
minus celorum et terre omniũ diuitiarũ ve/
nit pauper mãſuetus ſine aliquibꝰ diuitiis
mũdi et ſup aſinũ aſcendẽs ꝙ vnꝰ miſer iu
deꝰ ignominiũ reputaret. Predicta ꝓphetia
ad litterã etiã ſecũdũ hebreos intelligitur d̃
meſſia de quo ꝓbatũ ẽ ſupra in argumẽto .xxi.
quarte cõſiderationis huius tercii libri. ꝙ d
beret eẽ deꝰ et probatũ ẽ ſupra etiã primo li/
bro in aſſpone. xii. theſaurorũ ꝙ iſte verus
meſſias deus et homo eſt ihũs nazarenus.
Secũdũ teſtimoniũ eſt dauid ꝓpheta qui i
pſalmo .lxxxvii. in pſona dei loquẽs et oſtẽ
dens ꝙ deus nimis debebat humiliari ac/
cipiendo ꝓteritũ pro futuro. Dicit Credidi
ꝓpter quod locutus ſum ego autẽ humilia
tus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo oĩs
hõ mẽdax. Sed ſupple ego ſatiſfaciã ꝓ om
nibus illis qui conuerſi fuerint ad me. ſ per
humilitatem paſſionis mee. Ideo ſequitur
Quid retribuã dñõ ꝓ oibꝰ ꝗ retribuit michi.

o

Calicē salutaris accipiam et nomē domini inuocabo. Ecce quō declarat nobis filius dei qui licet sit altissimus in excessu suo. nemo tamen est humiliatus propter nos quia nos tamen mendaces essemus si diceremus quod possumus facere satisfactionem deo patri pro culpa generis humani. Et quia eius vnigenitus filius sic se humiliauit propter nos nō solū nascendo et cōuersando inter homines sed etiā factus pro nobis obediens vsq ad mortē crucis propter quod et deus exaltauit illū et dedit illi nomē quod est super omne nomen vt dicitur ad philippenses ij. Hinc est quod credētes in xpō nō solū exaltabuntur in alia vita sed etiā exaltati sunt in presenti. quia est eis data potestas super terram. et nō credentibus est ablata sic enim impletum est canticū virginis. Deposuit potentes de sede scilicet iudeos incredulos et exaltauit humiles scilicet credentes xpianos. Attende ergo quāta fuit humilitas xpi. non ei solū humiliauit se deo patri factus obediens vsq ad mortem crucis qui erat vilior et turpior mors quam tunc esse haberetur. sed etiā non contradixit discipulo proditori eum vendenti. nec contradixit vendicioni. nec contradixit malicie iudeorū ipsū ementiū. nec cōtradixit sentoribus populi ipsum falso accusantibus nec cōtradixit pontificibus sacerdotū eū iudicantibus. nec cōtradixit principibus terre ipsum sentenciantibus nec contradixit ministris iusticie ipsū crucifigentibus. omnia ergo quecūq in eo voluerunt facere facta sunt. nec aperuit os suū in summa paciēcia et humilitate vt impleret volūtatem patris et vt nobis preberet exemplū humilitatis et si propter ea volūtati diuine se humiliauerūt. Hoc fecerunt vel propter suum proprium interesse vel aliqua excusatione. sicut noe obediens deo se humiliauit faciendo archā vt saluaret se. Abrahā si humiliauit terras hoc fecit vt liberaretur et magnus fieret. Moyses excusauit se cū eū dūs misit ad pharaonem dicendo quod erat pediosus in lingua. Esaias excusauit se dicēdo quod habitauit inter viperas. Hieremias excusauit se dicendo quod erat puer. Jonas quod nō poterat Abacuch quod nō fecit. et sic de alijs. Sed xps nunquam se excusauit nūquam murmurauit. et sic patet summa humilitas saluatoris in quo humilitas eius glorificauit diuinitatem super omnes et deinde eas exaltauit eum super omnia opera sua. Patet ergo quod diuine altitudini non repugnat humilitas. nec eius puritati virginitas neo viero incarnari. et quomodo etiam virgo beata mundissima est et sine macula.

Impossibile quod corpus xpi sit eiusdem rationis. cum nostro cum pro sit ex mare semine generatum.

Decidit Impossibile est vos xpianos dicere quod ihūs nazarenus conceptus est sine virili semine. Jtē affirmatis quod corpus eius fuit eiusdē nature cū nostro hoc vero ē impossibile quia cū hō naturaliter generatur habeat corpus naturaliter constitutū ex semine maris et eo quod femina subministrat quicquid sit illud. ergo impossibile est corpus xpi esse eiusdem nature cū nostro. si nō ē ex maris semine generatū. ad istud argumentum respondetur. Et primo declaro quod necesse fuit hoiez illum ex virgine matre nasci absq virili semine sicut tangit sanctus Thomas in summa cōtra gentiles libro. iiij. c. xliiij. Semen enim viri requiritur in generatiōne humana tanq principiū actiuū propter virtutē actiuam quem in ipso est. Sed virtus actiua in generatiōe corporis xpi nō potuit eē naturalis. quia virtus naturalis non subito perficit totam corporis formationē sed ad hoc indiget tempore. corpus aūt xpi in ipso principio sue cōceptionis fuit formatū et organizatū simul caro et aīata caro. Relinquitur ergo quod generatio xpi humana fuit absq virili semine. Jtē semen maris in generatione alalis quodāmodo trahit ad se materiā quā mater ministrat quasi virtus que est in semine maris intendat sibi ipsius complemēta vt finē totius generationis. Unde et cōpleta generatione ipsum semē immutatur et cōpletū est. ꝑ hoc quod nascitur sed in generatione humana xpi fuit vltimus generationis terminus vnio ad diuinā psonā. ñ aūt aliqua psona seu ypostasis humana cōstituenda vt expedienter patet Non igitur in hac generatiōne potuit eē actiuū principiū semen viri sed sola virtus diuina vt sicut semen viri in generatione communi hominū in suā substantiam trahit materiā a matre ministratam. ita eandem materiam in generatione xpi verbū dei ad suam vnionem assumpsit. Similiter autem manifestum est quod cōueniens erat vt

in ipſa generatiõe humana verbi dei aliqua ꝓprietas ſpũalis generatiõis relucere vel verbũ ſm ꝙ edicente ꝓgreditur ſiue intẽn⁹ cõceptũ ſiue exteri⁹ platũ corruptionẽ dicens nõ affert ſed magis pfectionis plenitudo verbũ attendit ĩn dicere cõueniens. igitur fuit vt ſic verbũ dei ſm humanã generatio cõcipetur et naſceret vt matris integritaſ nõ corrũperetur. Cũ hoc etiã manifeſtũ eſt: verbũ dei quo oĩa cõſtituta ſũt et quo oĩa ſua integritate cõſeruãt ſic naſci decuit vt ꝓ matris integritatẽ ſeruaret. Cõueniẽs igitur fuit hãc generationẽ fuiſſe ex virgine. ſic ergo habem⁹ ꝙ neceſſe fuit xp̃m naſci de virgine matre eius integritate ſeruata et ſine virili ſemine. Nunc ſcẽdo ad argumentũ ꝙ ĩ ẽt impoſſibile eẽ corpus xp̃i eſſe euiſdẽ nature cũ corpore noſtro ex quo nõ eſt cõceptus ex virili ſemine. Dico ꝙ ad hoc eſt manifeſtatio Ariſtotelis dicẽtis ꝙ ſemẽ maris nõ intrat materialiter in cõſtitutionẽ cõceptꝰ ſꝫ ſolũ eſt principiũ actiuũ. Materia vero corporis tota miniſtratur a matre. et ſic quãtũ ad materiã corpus xp̃i non differt a corpore nr̃o. Quia et corpora noſtra materialiter conſtituta ſunt ex eo ꝙ eſt ſumptũ a matre. Si vero aliquis p̄dicte poſitioni. Ariſtotelis repugnet adhuc p̄dicta obiectio efficaciã nõ habet. ſimilitudo enim aliquorũ aut diſſimilitudo in materia non attenditur ſm ſtatũ materie in principio generationis ſed ſm ꝓditionem materie iã ꝑparate ꝓut eſt in termino generationis. Non enim differt ſecundũ materiã aer ex terra vel ex aqua generat⁹ quia licet aqua et terra in p̄ncipio generatio nis differentes ſunt. tamẽ ꝑ actionẽ generantis ad vnã diſpoſitionẽ reducuntur. Sic igitur diuina virtute materia que ſolũ ex muliere ſumitur põt reduci in finẽ generatiõis ad eandẽ diſpoſitionẽ quã habet materia ſi ſumatur ſimul ex mare et femina. vñ non erit aliqua diſſimilitudo ꝓpter diuerſitatem materie inter corpus xp̃i quod virtute diuina formatũ eſt ex materia a ſola matre et corpora noſtra que virtute nature formãtur ex materia etiã ſi ab vtroqꝫ parente aſſumantur materialiſtum eſt et ꝙ plus differt a materia q̃ ex viro et muliere ſimul aſſumitur limus terre d quo primũ hominẽ deus formauit qoẽ viꝫ conſtat fuiſſe verũ hominẽ et nobis ꝑ oĩa ſimilẽ ꝙ materia ſumpta ſolũ ex femina ex qua corpus xp̃i formatũ eſt. Unde natiuitas xp̃i ex virgine nihil derogat veritati humanitatis ipſius. nec ſimilitudini eius ad noſ. Licet enim virtus naturalis requirat determinatã materiã ad determinatũ effectuꝫ ex ea producendũ. Uirtus tñ diuiña que põt ex nihilo cuncta ꝑducere in agendo ad materiã determinatã non coartat. Similiter autẽ nec per hoc aliquid deperit dignitati matris xp̃i ꝙ virgo cõcepit et peperit quin vera mater et naturalis filij dei dicatur virtute enim diuina facienté materiã naturalem ad generationem corporis xp̃i miniſtrauit ꝙ ſolũ ex parte matris requiritur. Ea vero que in alijs mrĩbus ad corruptionẽ virginitatis faciunt nõ ordinantur ad id qꝺ matris ẽ ſed ſolũ ad id qꝺ patris eſt vt ſemẽ maris ad locũ generationis perueniat verba ſunt ſancti Thome vbi ſupra. ſic ergo patet declaratum ꝙ licꝫ corp⁹ xp̃i abſqꝫ virili ſemine ſit cõceptũ eiuſ⁹ ẽ nature vere ẽ cũ corpe nr̃o ex virili ſemine conceptũ. Sed dicet hic fortaſſis iude⁹. Tu xp̃iane ſatiſfacis mihi et natura ꝙ nõ ſit impoſſibile ihſum nazarenũ cõceptũ fuiſſe de matre ſine virili ſemine vel ſine carnali patre ſꝫ volo ꝙ mihi ex ſacra ſcriptura ſi quã habes illudo oſtendas. Ad hoc reſpondet venerabilis Petrus alfonſus conuerſus in ſuo dyalogo titulo. vij allegãs illud Eſaie. xlv. Rorate celi deſuper et nubes pluãt iuſtũ aperiatur terra et germinet ſaluatorẽ et iuſticia oriatur ſimul ego dñs creaui eũ ꝓpter hoc namꝙ dicit Rorate celi deſuper et nubes pluãt iuſtũ notauit de celo ſpũſanctum fore deſcẽſurũ. ꝓpter hoc autem ꝙ ſequitur. Aperiatur terra et germinet ſaluatorẽ corp⁹ virginis accipimus que ſuperueniente ſpiritu ſancto et conceptura et ſaluatorem fuerat paritura ſꝫ et hoc quod ẽ ego dñs creaui eũ innuitur ꝙ abſqꝫ patris carnalis auxilio dñs eũ ꝓgenuit. Unde et cõtra illos qui hoc nõ credunt multũ in ſequenti. ve q cõtradicit factori ſuo teſtã de ſamijs terre et alibi. Numquid dicit lutum figulo ſuo quid facit et op⁹ tuũ abſqꝫ manibus eſt. Et iterũ ve qui dicit patri qꝺ generas et mulieri quid ꝑturis. Sic innuebat illis qui de hoc dubitant et querũt quo modo deus eũ genuerit et beatam cauſant mariam ꝙ abſqꝫ virili cõmixtiõe pepit. Itẽ in contra incredulos loquẽs ꝓpheta ait nũquid ego q̃ alios parere facio ipſe nõ pariã

dicendum. Si ergo q generatione alijs rebus sine filius ero sit oia dicus tu. Sic ergo etia ostenditur deus cu sine carnali pre genuerit hoc sane intelli gentibus credo sufficere q de matre sine carnali patre natus fuerat puerulus. hec pdictus doctor. Ecce inde habes auctoritatem sacre scripture et expositore peritum mi generis in xpi cocceptione sine virili semine. Si dicis inde ex supradicta auctoritate admirans ego possum hoc q maria fuit deflorata et corrupta. Probatur q dicit propheta. Aperiatur terra et qd est huius terre apud nisi matre deflorata. Respondetur q per apertionem non intelligitur defloratio vel libidinis fedatio sed conceptionis fecunditas apta dicitur fuisse q in ad xpi ingressum no apta per viru sicut et fenestra vitrea dicitur apiri radio solis no p fractura vel divisione aliqua sed q radius eam intrat fm subtile sui natura. Hoc modo ut primo sub alio dicitur porta clausa apta ee prius apt ezechielis, plurimum q xpo vteru virginis p virginitate clausam intrauit p ineffabile modum. verba sunt alani in suo quadriptito lib. iij ca. iv. Sed dices vtrum ex quo fuit formatum corpus xpi in virgine illa. Respondetur secundum doctores de diuinis nominibus q ex purissimis et castissimis sanguinibus virginis. Sed vbi erant isti purissimi sanguines. Respondetur q in corde virginis vt pie credi potest sicut legitur in libro de approbo et prospero. Ad quod sunt sex rationes. Prima est quia cor est nobilius membrum in animali et primum et locus vite ac vera caro. Secunda est q ille qui veniebat dare vita debebat carne sumere o membro vite et no ab altero. Tercia ro est q cor est membrum in medio animalis. et cum in medio consistit virtus io ab eo debuit carne assumere. Quarta ro est q sempiterna e prebendi filii eterno corde. Ideo illud e qd dei persona quolibet nostrum cu virgo hui scipsam dimiserit in pte dei sequitur q deus illud qd pent ab alijs et ab ea similiter et cu ipsa inde se dederit voluntarie sequitur q et ipse accepit cor eius ad formationem corporis xpi filij sui. Quinta ratio est q cor virginis limpidius et purius erat q vinum fuit vel cui aliquis pure creature in mundo iustum ergo erat q ex quo deus volebat carne assumere q acciperet de meliori. Sexta ro est q cor esset repletum spiritussancti. et ideo debebat ex eo carne assumere. Et si queras quantum accepit de illis sanguinibus cordis virginis. Dicitur q tm accepit q in virgine nihil diminutum fuit de sua vita nec de suo esse. Sicut enim ade nihil defuit cum de eius costa deus euam formauit. sic nec virgini aliquid defuit o cum vna vel ex cu verbum dei o ex ea carne accepit. Illi tamen sanguines statim fuerunt membro illo sexi matrice a deo nature humane ordinare vbi virgine prebente consensum subito et in instanti simul fuit caro et anima ac caro vt fuit predictum est. Nec mireris si sine viri semine concepit hec enim mirabilia deus operatur. Nunquid adam fuit i mundo productus sine semine patris et matris. Nunquid eua fuit de semine matris. Nunquid virga moysi que deuorauit serpentes habuit os. Nunquid virga aaron que floruit et habuit radices. Nunquid rubus ardebat et non habebat prunas. Nunquid sal quod misit deus i aquis amaris et fecit eas dulces erat dulce. Sic ergo non mireris si virgo btu spiritu sancto cooperante concepit non ex virili semine.

Impossibile est q mors xpi sit satisfactoria pro peccato originali cu ipse non sit mortuus fm naturam diuinam sed humanam fm q alij homines non erant sufficientes ad satisfaciendum.

Contra. Impossibile est. Vnde xpiani dicunt q specialiter propter peccatum originale necessarium fuit xpm nasci et pati. q quidam totam naturam humanam infecerat homine primo peccante hoc possibile videtur q si alij homines ad satisfaciendum p peccato originali sufficientes no sunt nec mors xpi p peccatis humani generis satisfactoria videtur fuisse q et ipse fm humanam naturam mortuus est et non fm diuinam. Respondetur q ad satisfaciendum pro peccato totius humani generis mors xpi sufficiens fuit q quamuis fm humanam naturam solum mortuus fuerit tamen ex dignitate persone patientis que est persona filij dei mors eius redditur preciosa. Manifestum est autem etiam in rebus humanis q quanto persona est altior tanto penam quam sustinet pro maiori computatur. siue ad humilitatem et caritatem patientis siue ad penam inferentis et siculi maioris est criminis alicui persone inferre iniuriam q maioris dignitatis existit. ita virtuosius est et ex maiori caritate procedens q maior persona

alijs ſe ſubijciat voluntarie paſſioni. Solu/
tio eſt ſancti thome in ſumma ɔtra gentiles
libro.iiij.ca.lv.in ſolutiōe ad.xxiiij.argu/
mentum

Impoſſibile eſt quod xp̄s ſufficienter ſatiſ/
fecerit pro peccatis humani generis ex quo
homines adhuc penas patiuntur q̄s pro
peccato inductas ſcriptura diuina ɔmemorat

Uarium impoſſibile eſt. Uos xp̄i/
ani dicatis quod xp̄s veſter ꝓ pecca
to humani generis ſufficienter ſatiſfecit hoc
videtur impoſſibile quia ſi verum eſſet ra/
tionabile videt̄ eſſe quod homines adhuc pe/
nas patiāt̄ quas pro peccato ſcriptura diui/
na inductas eē ɔmemorat ſicut maledictio
terre in ꝓducendo ſpinas et tribulo a ſudor
vultus in labore pulueriʒatio corporis in
morte et dolor partus. Conſtat autē ꝙ has
penas adhuc experitur genus humanū er/
go impoſſibile videtur ꝙ xp̄s ſufficienter ſa/
tiſfecerit ꝓ peccatis humani generis. Rn̄dc
tur ꝙ q̄uis xp̄s ꝓ peccato originali ſua mor
te ſufficienter ſatiſfecerit.nō eſt tamē incōue/
niens ꝙ penalitates ex peccato originali cō/
ſequentes remaneant adhuc in hoībus qui
iam redēptionis xp̄i ꝑticipes fiūt et ratio
illa procedit hoc n̄.congruenter et valiter fac/
tum eſt vt pēa remanet etiā culpa ſublata
propter tria. Primo quidē vt eēt conformi/
tas fidelium ad xp̄m ſicut mēbrorū ad ca/
put vnde ſicut xp̄s pri⁹ multas paſſiōes ſu/
ſtinuit et ſic ad immortalitatis gloriā ꝑuēit
ſic decuit vt fideles eius primo paſſionibus
ſubiacerent et ſic ad īmortalitatē ꝑueniret et q̄
ſi portātes in ſeipſis inſignia paſſionis xp̄i.
vt ſimilitudinē gl̄e eius conſequerentur ſicut
apoſtolus ad romanos dicit Heredes q̄dē
dei coheredes autem xp̄i ſi tamē cōpatimur
vt et ſimul glorificemur. Scdo q̄ ſi homi/
nes venientes ad ſtatim ſtatum īmortalitatē
et īpaſſibilitatem conſequerentur homines
ad xp̄m accederent magis ꝓpter hec corpo/
ralia beneficia q̄ ꝓpter ſpūalia bona quod
eſt contra intentionē xp̄i venientis in mūdū
vt homines ab amore corporalium ad ſpūa/
lia transferret. Tercīo q̄ ſi accedētes ad xp̄z
ſtatim impaſſibiles et immortales redderē/
tur hoc quodāmodo cōpelleret homines ad
fidē xp̄i ſuſcipiendā et ſic meritū fidei minu

eretur. Hec eſt reſponſio ſancti thome vbi pri
us. Aliter rn̄det magiſter alfonſus conuerſ⁹
in libro bellorū dei titulo xxv. dicens ꝙ na
tura anime ſequitur naturam corporis quia
ſicut rota trahit rotaz in horologio ſic ſenſit
as pars intellectiuam. niſi ꝙ vltra hec i ho/
minis anima eſt virtus ad elongandum ſe a
corporis inclinatione et natura ex dicentie
rationis ꝙ nō poſſet eē de radice nature cor/
poris niſi contemperetur et mutaretur modus
ſue creationis et nūc exiret a natura illi⁹ ge/
neris. Et ideo dixerūt ſapientes ſibi ꝙ exple/
rimum curari non poſſunt infirmitates cor/
poris cū quibus homo natus eſt vel ſi here
dauit eas ex patre vel matre. ſed infirmita/
tes anime ſpūaliter anime rōnalis poſſunt ha
bere remedium. Et iō quādo adā peccauit
qui ſuit radix humani generis et inclinauit ea
nimā ſuā rōnalez poſt naturā corporis ſut fr
eūt poſite ſuper eū pene ꝓpter illud peccatū
et ꝓpter ipſum pene in toto genere humano
igitur q̄cquid ibi ſeatū eſt in natura corpo/
ris non potuit habere mutationē.et ideo re/
manſerūt pene que poſite fuerunt ſuper cor/
pus ſemp. ſicut ille pene. in ſudore vultus tui
veſceris pane tuo. et in dolore paries filios.
et puluis es et in puluerem reuerteris. qz et
eo ꝙ begluditus fuit fruc⁹ vetitus arboris
ſcie boni et mali. in corpuſ. Ade fuit ī eo ma
lū poſt bonū. Pena vero anime ꝓpter illō
peccatū q̄ inclinauit ſe anima corpori manſit
in ſirma ante aduentū xp̄i. Et ideo in veteri
lege nō fuit nominata aliqua remuneratio
animarū que poſſit ſalutē habere. non iueni
ea cauſa medicine ſed ad hoc fuit aduentus
meſſie. hec ille. Utraq; ſolutio bona ē ſʒ pri/
ma eſt efficatior. Poteſt etiā dici ꝙ pene ſūt
duplices. quedā ſpūales et quedā corpora
les. xp̄s abſtulit penas ſpūales ex eo ꝙ per
doctrinam ſuā tradidit modū quo vnuſq̄ſ/
ꝙ poteſt liberari a penis ſpūalibus et tem/
poralibus et eternis. ex virtute penitentie et
aliarū que in ſua doctrina clariſſime oſten/
duntur. Pene vero corporales de quibus dī/
cis tollentur in finali reſurrectione quia ſic
corruptibile hoc induet incorruptionē. τ mor
tale hoc īmortalitatem. vt patʒ prima Cor.
xv. nec vltra dicetur puluis es et in pulue/
rem reuerteris. non eſurient neq; ſitient neq; pu
tiet eos eſt⁹ nec ſol. Eſaie xlix. et iterū apoca
lipſ. vij. non eſurient neq; ſitient āplius neq;

cadet ſuper ipſos ſol nec vllus eſtus quo-niam agnus qui in medio throni eſt reget il-los et deducet illos ad fontes vite aquarum et abſterget deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Et ideo dicitur Eſaie li. Erit leticia ſempi-terna ſuper capita eorum gaudium et leticiam ob-tinebunt et fugiet dolor et gemitus.

Impoſſibile eſt quod chriſtus ſufficienter ſatiſfe-cerit pro peccatis ex quo querantur remedia pro abolitione peccatorum.

Duodecimum impoſſibile eſt. Non chriſtiani aſ-ſerunt quod chriſtus ſufficienter ſatiſfecit pro peccatis humani generis. hoc videtur impoſſibile quia ſi ſic eſſet non eſſent vltra re-media pro abolitione peccatorum querenda. ſed conſtat quod queruntur ſemper ab omnibus qui ſue ſalutis curam habent. ergo falſum eſſet im-poſſibile quod chriſtus ſufficienter ſatiſfecerit pro pec-catis humani generis. Reſpondetur quod quamuis chriſtus pro peccatis humani generis ſua morte ſufficienter ſatiſfecerit ſunt tamen vnicuique reme-dia propter ſalutem querenda. Mors enim chriſti eſt quedam quaſi vniuerſalis cauſa ſalutis ſicut peccatum primi hominis fuit quaſi vniuerſalis cauſa condemnationis. oportet autem vniuerſalem cauſam ad vnumquemque applicari ſpecialiter vt effectum vniuerſalis cauſe percipiat. Effectus igitur peccati primi parentis peruenit ad vnum-quemque per carnis originem. Effectus autem mortis chriſti pertingit ad vnumquemque per ſpiritualem regenerationem per quam homo quodammodo chriſto coniungitur et incorporatur. Et ideo oportet quod vnuſquiſque querat regenerari per chriſtum et alia ſuſcipere in quibus virtus mortis opera-tur. Ex quo patet quod effluxus ſalutis a chriſto in homines non eſt per nature propagationem ſed per ſtudium bone voluntatis qua homo chriſto adheret et ſic quod a chriſto vnuſquiſque conſe-quitur eſt perſonale bonum vnde non continuatur ad poſteros ſicut peccatum prime parentis. quod cum nature propagine producitur et inde eſt quod licet parentes ſint a peccato origi-nali mundati per chriſtum non eſt inconueniens eſſe quod eorum filii cum originali naſcantur et ſacramentis ſalutis indigeant. verba ſunt ſancti Thome vbi ſupra. Et ſic patet quod licet reme-dia ſalutis querantur puta per baptiſmum et alia eccleſie ſacramenta non eſt falſum nec impoſſibile quod chriſtus ſufficienter ſatiſfecerit deo ſua morte pro peccatis humani generis immo verum et neceſſario deſideranti ſalutem concedendum.

Impoſſibile eſt quod chriſtus abſtulit poteſta-tem dyaboli cuius poſt eius aduentum non dimiſerit facere peccare homines ſicut prius.

Tercium Impoſſibile eſt. Non chriſtia-ni dicunt quod chriſtus eſt vere meſſias et quod venit vt faceret fugere dyabolum et vt tol-leret poteſtatem eius hoc videtur falſum et impoſſibile quia dyabolus a tempore quo ip-ſe venit non dimiſit facere peccare homines ſicut prius. Reſpondetur quod quando venit Jheſus chriſtus ceſſauit dyabolus facere pec-care veros chriſtianos et qui eos imitantur aliquo modo in radice fidei taliter quod nullus eorum damnatur in inferno nec tendit in per-ditionem vllo modo quod eis prouenit ex fide vera quam habent in chriſto et niſi quia quod tunc dyabolus ceſſauit facit peccare homi-nes ſicut prius ſolebat aliquo modo pecca-ta et mala eſſent amplius publicata in mun-do quod ſunt nec fuerant ydolatre a mundo ex-cluſi qui erant ante aduentum chriſti ſicut ſunt nunc quaſi in toto mundo ſicut fuit ſupradi-ctum argumento .v. conſiderationis quinte.

Impoſſibile eſt de morte diſcipulorum chriſti que ſi fuit a deo vel a dyabolo ad vtrum quod ſequitur impoſſibile vt dicitur et quod perſecutores chriſtianorum audiendo iudeos qui in morte chriſti im-placuerunt voluntatem dei.

Eptimum Impoſſibile eſt. Querunt iudei quare ibus chriſtus fecit quod e cro- [illegible] rentur omnes ſui diſcipuli quia vel hoc fe-cit deus cui ſeruierunt vel dyabolus. Si de-us hoc eſt impoſſibile quia deus non face-ret iniuſticiam nec occideret ſeruos ſuos. Si dicatur quod poteſtate dyaboli fuerunt mortui ſerui dei non placendo deo hoc etiam vide-tur mendacium et impoſſibile cum nihil poſ-ſit reſiſtere voluntati diuine et cum etiam con-ceſſum ſit a chriſtianis quod ſublata eſt poteſtas eius

facit mala bonis. Item dicimus de morte xpi quod si fuit et voluntate eius ergo peccat xpianus odiendo iudeos qui impleuerunt voluntatem dei. Si vero fuit mortuus contra suam voluntatem ergo non erat deus qui non potuit liberare seipsum ab eo quod factum fuit contra eius voluntatem. Ad hec respondet magister alfonsus conuersus in libro bellorum dei. li. xxv. discipuli ihesu mortui fuerunt contra eorum voluntatem ex parte carnis et sanguinis qui isto modo debiles passibiles et receptiui penarum et egentes sicut ceteri homines et sicut illi qui sustinent ignem vel gladium voluntarie sustinent ate proprii corporis sustinent dolores clamat nec tamen dolet nec conquerit ex parte rationis sed ex parte nature carnee et sanguinis. Sic et discipuli xpi et omnes beati martyres non fuerunt mortui potestate dyaboli sed voluntarie se obtulerunt propter amorem quem habebant ad xpm in hoc frangentes et opprimentes potestatem dyaboli ne deinceps iustos peccatores faciat et captiuos sub sua potestate habeat propter hoc ergo vtilitatem que prouenit mundo ex eorum morte noluerunt a morte carnis liberari. licet potuerunt liberari si voluissent negare veritatem sed mortui sunt pro veritate vt essent testes veritatis nullus enim pro mendacio offert se morti. poterat se a morte liberare. et de xpo dicimus quod ex parte carnis inquantum homo erat fuit tristis vsque ad mortem et petiuit a patre vt calicem passionis non sustineret. Veruntamen obediens fuit vsque ad mortem pro salute mundi dicens non mea voluntas sed tua fiat et sic oblatus est quia ipse voluit vt scribitur ysaie liii. Iudei ergo occidentes xpm licet deo placuisset eius mors pro mundi vita. quia tamen ex morte operati sunt malitiosa et crudeli intentione non est mirum si odio ex hoc habentur a xpianis quia occiderunt xpm. et sic de omni martyrum qui inuidia et malicia occiderunt eos vt obliuioni traderetur nomen xpi in mundo. Item ipsi malitiose contra xpm processerunt qui nunquam viderunt ipsum operari aliquod peccatum vt eum morti traderent. quanto magis quia miracula que ipse faciebat excedebant in excellentia omnia miracula facta in lege quia multa miracula eorum et pro maiori parte fuerunt gentibus damnosa sicut patet de plagis egypti. et de abiram et abyron et chore. et de tribus pueris in fornace ignis ardentis qui combusti fuerunt milites chaldei et de igne helye qui combussit quinquagenarios et si aliqua miracula fuerunt pacifica facta sunt abscondite et clausa ianua sicut patet de paruulo quem suscitauit helyas et de alio quem suscitauit helizeus et de oleo et farina que non defecerunt in domo vidue. et hec omnia per modum supplicationis faciebant prophete Sed miracula que xpus faciebat omnia fuerunt ad vtilitatem gentium et manifestata per modum imperii sicut patet cum suscitauit puellam et adolescentem et lazarum. Et cum satiauit de quinque panibus et duobus piscibus multitudinem populi. Et cum sanauit claudos paralyticos leprosos cecos mutos surdos et a demonibus possessos. omnia hec operatus est ad vtilitatem populi et sine damno cuiuscunque. Et propter bonam iudeam et propriam voluntatem malam et non mixtam adduxerunt eum ad mortem. et ideo excusari non possunt. Deus enim potius iudicat voluntatem malam quam opera et sic de martyribus dicendum est De materia vero parens sensitiue et rationis in xpo et in martyribus non solum noui sed etiam veteris testamenti dicta supra argumento. pro consideratione quinte.

Impossibile quod ihesus nazarenus sit deus cum fuerit in loco determinato scilicet in vtero virginis et in nazareth in galylea etc. sicut sunt alia corpora.

Contrarium impossibile est. Nos xpiani dicimus quod ihesus nazarenus est deus quo modo autem dicitis ipsum fuisse in loco determinato puta in vtero marie et in nazareth in galylea in bethleem etc. sicut sunt alia corpora quia hoc est impossibile in deo scilicet loco determinari et consequenter habetis dicere quod deus est corporeus quod est manifeste impossibile quia talia non conueniunt nisi corporeitati. Ad illud impossibile iudaicum respondet magister Iohannes conuersus in libro de concordia legum titulo primo capitulo xvi. dicens quod textus habet duos intellectus vnus est litteralis ad pedem littere intelligendus. et alius mysticus scilicet spiritualis sicut dicit prouerbiorum xxv mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore suo. Et dicunt super hoc glosatores quod textus iste loquitur de verbis legis. quia sicut in malo argenteo

ſentis includitur mallū aureū et cenenus. ſi-
ter ꝙ mallū argenteū nō apparet. ſed poſtꝙ
bene aſpicitur ſollicite latet intus aureū. Sic
eſt in textu legis ſm duos intellectus ſupra
dictos. et vnus eorū intellectuū eſt p holbus
cōib⁹ qui corporalia et ſuperficialiter intelli-
gunt. Sed ali⁹ eſt p ſapientib⁹ legis qui intel-
ligūt pfunde et veritatem rei ſollicite perſcru-
tantur et ſic naturaliter eſſe debet. q2 vīrt⁹ aie
intelligentis pficitur per virtutem ymagina-
tiuā que eſt virt⁹ in corpore. et ex intellectu a
poſitione ſua ſup̄ bam reddens deo gratias φ ſibi reuelauerat terminum ſupradictū in anno predicto ſcʒ quintomilleſimo centeſi⸗ modecimooctauo ſcḋm cōputationē iudeo⸗ rum concordans cū p̄dicto moyſe gerūdenſi. quorum terminus ſatis pʒ φ iam tranſiuit in preteritū per.c.xxiij. annos ſcḋm cōputa⸗ tionē eorum in anno p̄nti ſupradicto. Fue⸗ runt etiam alij duo iudei periti vnus in ciui⸗ tate abulenſi alius in villa que dicitur ayllō. de quibus dicetur infra cōſideratione.x.mi⸗ rabili. Iſti aſſignauerunt terminū anno a creatione mūdi quintomilleſimoquinqua⸗ geſimoquinto ſcḋm eorum cōputationem. Qui quidem annus conuenit cū anno dn̄i. M. cc.xcv. Ex quibus oībus manifeſte col⸗ ligitur fatuitas et falſitas iudeorum in de⸗ terminatione anni aduentus ſui meſſie. cuʒ omnes ſui termini iam tranſierint in p̄teritū vt clare viſum eſt. Signū autem fatuitatis et mentis incompoſite eſt nunφ in vno con⸗ ſiſtere ſed de alto in aliud mutari. Unde ſe⸗ cūdo Senece primū argumentū mētis cō⸗ poſite eſt poſſe conſiſtere ſecūqʒ morari. Iu⸗ dei ergo qui viſqʒ nunc conſiſtere in vno nō potuerunt termino. Uériſimile eſt φ quoti⸗ die fatuizando nouos fingent terminos p̄⸗ dicti aduentus. Tertio p̄batur eoruʒ fatui⸗ tas in aduentu meſſie quem ſperant exēpli manifeſtatione. Unde narrat ceſarius φ de⸗ cimus quidā filiā cuiuſdā iudei ipregnauit in ciuitate lemonicenſi timens aūt ille offenſaʒ parentū puelle accepit arundinē nocte p̄pe parietē camere in qua parentes puelle dor⸗ miebant veniens et per foramen ſummitatē vnam arūdinis intromittens et per aliā in⸗ ſufflans ſic eſt locutus. O iuſti et deo dilecti vocans eos nominib' ſuis p̄prijs gaudete qi filia veſtra concepit meſſiā virgo permaſ⸗ nens. vir expergefactus querit ab vxore ſi vo⸗ cem illam audiſſet que negante orauerunt vt iterum audire poſſent. dericus eos loquē⸗ tes audiens ſicut prius iterum eſt locut'. Il⸗ li ergo exultantes et poſt repetitionem facti certiores vix diē expectauerūt ventrēqʒ puel⸗ le aliquantulū iam intumeſcere cernētes ab ea queſierunt vnde concepiſſet. Illa vero ſic⸗ cocta fuerat a clerico ridet ſi cōcepi neſcio ſ⸗ ſcio quia virū nunφ cognoui et virgo ſum. De illis ergo nō ſe capientib' p̄ gaudio p̄ caſtella et ciuitates diuulgatū eſt φ illa pa⸗ ritura eſſet meſſiaʒ. Quid plura aſſuit hora pariendi et iudeis in numero cum gaudio magno expectantibus natiuitatē p̄pu in⸗ ſeta illa nō meſſiam ſed filiā cū multis do⸗ loribus et gemitib' et clamorib' quo cogni⸗ to iudei cōfuſi ſunt ſupra modū ex quibus vn' infantulā accipiēs per pedes alliſit ad parietem. Ecce confirmatio per exemplū fa⸗ tuitatis iudeoꝝ in expectatione meſſie.

Deiudeoꝝ expulſionibus vbi quatuor principales expulſiones notantur.

Ona conſideratio eſt de iudeoꝝ ex⸗ pulſionibus et ſua magna ignomi⸗ nia. nō eſt mirandū ſi gens que taʒ graue cōmiſit delictū quale nunφ fuit nec eſt p̄petratū ab angelis nec ab homine gra⸗ ues ſuſtineāt penas. et q̄ð ſcelus potent cō⸗ parari morte filij dei merito dauid p̄pheta ⸗ ſuā penā dicens expelle eos quoniam irrita⸗ uerunt te dn̄e. In p̄nti ergo cōſideratiōe. iiij. iudeoꝝ expulſiones exprimentur poſt mor⸗ tem ſaluatoris. quaʒ prima fuit a terra ſanc⸗ ta. ſecunda a francia. tercia ab anglia. quar⸗ ta vero ab hyſpania.

Prima expulſio fuit a terra ſācta vbi qua⸗ tuor puncta aguntur.

Rima iudeorum ex pulſio a terra ſancta fuit. Pro cuius declaratōne quatuor erunt puncta attendēda ſicut notat Iohannes ſaliberienſ. in ſuo policrati⸗ co.li.ij. q̄ optime hanc materiā explicauit. Pri⸗ mus erit de ſignis que preceſſerūt exadium hieroſolymitanum nouiſſimū. Secundus de calamitate obſidionis et quis fuerit ſinis obſtinate malicie et que pietatis eis. Terti' punctus erit de muliere que vrgente fame comedit filium ſuum. Quart' erit de nume⸗ ro captiuorum et occiſorum et peremptoꝝ fame. et quomodo chriſtus ſeruauit ſuos ſub ea tempeſtate.

Primus pūctus eſt de ſignis que preceſ⸗ ſerunt exadium hieroſolymitanum.

Irca primum punctuʒ vetus refert hyſtoria ſic dicens φ eſt auctor eius incertus et vetera refert φ imminē⸗

r

te hieroſolimorum excidio. eclipſis lune p xij. noctes continuas etiam in remotiſſimis locis protracta eſt forte ſignans iudaice pfi die ſuperſticioſi erroris euerſionē que ꝑ ꝓ pdicationem apoſtolicam mūdo illuceſcēte recuſſime cōtigit. Scriptum eſt eni. ſtult' mutatur vt luna ſapiens vero cū ſole pmanet. Alia quoq3 ꝙ plurima dudum ſuper incre dulos imminente iudicio acciderunt que ſi per ſingula, put ab auctoribus digeſta ſunt tēpero enarrare vel ſola hec ꝓpriū temp' de ſiderabunt et opuſ. pauca tamen autore Joſepho cōpendioſo ſermone perſtrīgā eo ꝙ ad roborandam fidem noſtram ꝓficiunt et ad retundendam obſtinatā perfidiā iudeorū. Illi. namq3 poſt admiſſum piaculū continu' pro tracta annis impenſum pena differtur. In q̄ bus et apoſtoli omnes ꝑapue iſſi iacob' fra ter dñi dictus hieroſolimis epūs cōſtitut' in deſinenter populū commiſſi impietatis et feralis animi de ſcelere commonebat ſi forte poſſent ꝓmiſſi penitudinem gerere ſi poſſet flere pro ſcelere et vltrices penarū flammas la chrymarum vbertate reſtringere. Oſtēdebat eis namq3 deus per ſuam patientiam. ꝙ ip ſorum quereret penitentiā quia nō vult de' tantum mortem peccatoris ſed ꝙ conuertat' et viuat. Nolite autem adhuc totum diui nam mitebatur diuina maieſtas ſignis et p digijs celitus datis terroreſq3 ſimul mina cem dexteram oſtendendo potius ꝙ inferē do de quibus ſupradicti hyſtoriographi fi de vt in certis etiam in hoc ſufficiens erat. Relegamus ergo quid in ſexto hyſtoriarū ſuarum libro de his ipſe ſignauerit ioſeph' Sed infelicem inquit plebem ceterus quidē hō homines et deceptores falſa fingentes ſuadebant et euidentibus ſignis et iudi cijs iracundie et indignationis diuine non crederent. quibus aperte futurum et vrbis et gentis preſagabatur exidium. Sed velut afflati et amentes et qui nec oculos nec a nimas in ſe haberent ſpernebant. Omnia q3 celitus nunciabantur. Etenim ſtella preſti gens gladio per omnia ſilis imminere deſu per cuitati et cometes. Preterea candibus flamis viſa eſt ardere p totū annum. Sed et ante exidiū ipſo ac bellicum populi diem cū ad diez feſtum conuenirent viij. die menſis xantici qui eſt aprilis nocte tēpore hora nona tantus luminis fulgor arā templūq3 circumdedit vt putarent omnes dieꝫ clariſ ſimum factum et permanſit ſpacio dimidie hore quod imperitis quidem et ignaris ꝓſpe rum videbatur. Sed legiſpitos et ꝓbos ꝙ doctores non latuit crudale portentum. In eadeꝫ quoq3 feſtiuitate vitula ſacrificijs ad mota et aris aſſiſtentes inter ipſas miniſtro rum manus enixa eſt agnū ſed et ianua in terioris edis que reſpiciebat ad orientem cū eſſet ere ſolido induta ac pinde immenſi pō deris qui vix xx. viris ſummo conatu impel lentibus clauderetur ferreiſq3 ſeris et vecti bus munita ac peſſulis in altum dimiſſis teneretur obſtricta repente hora noctis ſexta prima et xx. die menſis apparuit ſponte pa tefacta. Sed et tranſacto die vi. poſt aliquot dies prima et xx. die menſis arthemeſij ꝙ apud nos maius vocatur prodigioſius ap paruit viſus fidem pene excedēs quod vere falſum putaretur niſi oculorum fidee cōfir maſſet malorum conſecuta paſſio. Etenim prope ſolis occaſum viſi ſunt currus et qua drige in omni regione per aerem et armato rum cohortes miſceri nubibus et vrbes ar cūdari agminibus improuiſis in alto. Itē die feſto qui penthecoſtes appellatur noctu ſacerdotes ingreſſi templum ad miniſteria ex more complenda. Primo quidem mot' quoſdam ſtrepitus qui ſenſerunt tum ſub ditos voces deinde audiuit dicētes migre mus hinc ex ſedibus iſtis. Additur his etiā aliud terribilius etiā quidam ananie fili' ihſus nomine vir plebeus et ruſticus ante quartū belli annū cū ciuitas in pace et abū dantia perduraret in die feſto tabernaculoꝝ repente clamare cepit vox ab oriēte. vox ab occidente vox a iiij. ventis vox ſuper hiero ſolymā et templum vox ſuper ſponſus et ſu per ſponſas. vox ſuper populū et indeſinen ter die noctuq3 per omnes plateas circuiens hec clamabat vſq3 quo quidē primores ex populo viri velut in fauſti preſagij indigna tione cōmoti correptum homine multis ver beribus afficiunt. At ille nequaꝙ pro ſe ali quid loquens ſed nec eos quidem qui circū ſteterant deprecans eaſdem voces pari ob ſtinatione et clamore repetebat. Tunc prin cipes intelligentes viros erat numinis eſſe in viro motus perducunt eum ad romanum iudicem. Apud quem flagris ad oſſa' vſq3 laniatus neq3 prece neq3 lachrymas fudit.

Sed eandem vocem miserabiliter et cũ quodam eiulatu emittens per singula pene verbera pferebat addens etiam hoc ve. ve. hierosolimis. pſequitur et aliud idem hystoriographus maiore gestum miraculo dicens. oraculum quoddam in sacris literis repertum quod per idem tempus virũ designaret ex eorum regione pcessurum qui totius orbis potiretur imperio cunctos ad scelus instigauit. Itē hystoriographus vespasianum suspicatur declarare. Sed vespasianus non aliis quam illis solis gentibus qui romano imperio videbātur subdite dñatus est. Unde iustius ad xp̄m hec responsa referuntur ad quem dictum est a patre Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuā terminos terre. et cuius per idem tempus per apostolos suos. In omnem terrā exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum.

De calamitate obsessorum et obstinate malicie iudeorum quis fuit finis et que pietas tyti.

Secundo puncto scilicet quanta fuerit calamitas obsessorum et obstinate malicie quis fuerit finis et que pietas tyti. pſequitur idem doctor dicens atque tot et tanta mediocris plage cum pfusione indignationis dei aduersus impotentiam iudeorum videantur pcessisse iudicia calamitatē intollerabilem exitialem irreparabiliter pbatur et excecate gentis iudicā et cuius scilicet incognitā futurā succedentibus pualuit quantis quam malis tunc vniuersa multata sit vt que ipsa iudeorum terra bello fame igni cedibusque vastata frequenta populorum multa pres simul cum coniugibus ac paruulis liberis absque numero et absque discretione trucidati sint quam et aduersus vrbium obsidiones facte ipsius magnitudine et famosissime ciuitatis hierosolimorum quam vastitas et quanta fuerit diuersorum mortuorum strages quod per singula bellorum exterminium modus. et vt summa abhominatio desolationis in ipso quodammodo dei famosissimo collata sit templo vsque ad plenam eius depopulata sit et psumpsit flamma Si quis plenius nosse vult legat hystoriā iosephi. nos vero ex his tanta quam ad explanationem suscepti operis sufficiant assumemus. In quibus refert quod ex omni iudea populi in die solemni pasche hierosolimā velut exitiali quodam manu cogente puenerāt quos trecies centena milia hominum fuisse. Iusto enim iudicio dei ipsis vltionis electio vt quibus diebus pasche saluatorē suū et saluatorē xp̄m deū crudelibus manibus et sacrilegis vocibus violarāt in ipsis diebus velut in vnū carcerē omnis multitudo pclusa ferali pena exitiū quod merebatur acciperet. Pretereo sane quos eos vel gladii cede vel aliis bellici machini solerta sit explicare ea tantum que solius famis extinxit pdidit supdicto hystoriographus nominibus pbandum quo legentes intelligāt quantū piaculū sit audere aliquid in xp̄m et quam grauibus causa supplicia exigat. Age ita qui. v. iosephi hystorie liber ponatur in medio Et quos eos luctuosa tragedia cognoscantur alii qui vtique remanere in quo apud pires vnū atque idē erat Si.n. in vrbe pgressi facultatum suarum cernere obiecto quod de trāsfugiēdo cogitarent pimebātur. Necessitas vero famis famosos sorum extollebat arrogātiā et virtusque. Alimenta cum temeritate crescebat publice quidē frumentum nusquam omnino erat. Sed irruētes vero pdones pscrutabātur domos et si quid inuenissent tanquam de his quam fefellerāt penas sumebāt. Si vero nō inuenissent nihilominus tanquam eos quod occultius diligentius abscondissent et cruciabāt. Iudiciū vero ben ab eis pabula capiebāt hoc ipso quod adhuc viueret et subsistere corporibus videbātur pfecto tanquam qui iam interiisset nisi abscōditos vel pia tegeret cibos. Si quos sane tabescentes macie vidissent hos cum venia pterībāt superfluum pudātes pimere quos paulopost assumeret fames Multi tamen in occultis omni censu suo mercati sunt vnū mensū. Si diuitiores frumenti vel si inferiores fuerūt et abdidētes se in interioribus quibusque penetralibus domus nonnulli necessitate pcerias fruges edebāt. alii vero in quantū necessitas vel metus pmitteret ex quo quibus et mensā quidā nullus expectabat apponi sed ex ipso semicoctos igni rapiētes pprija velut furtiua deuorabāt et erat infelicis illius obis spectaculū miserabile cum validiores . . . inuēta detexerēt. Inbecillioribus vero nihil preter luctū superesset ac lachrymas et omnis acerbitates rerum superaret fames nihil vero ita subuertit atque subuertit verecūdia. Quid.n. salutis rebus pudorē dignū est id in hac necessitate pteritur Denique vxores de virorum manibus et filii de parētum et quod est infelicius matres cibos de paruulorum manibus atque ore rapiebāt et cum dulcissimi liberi in manibus atque in hora positi et deficerēt exigua vite subsidia a dentibus eius eximere nemo pcebat. Verū ne ipsos quidē interfecisset per exigua sumētes latebāt abolitis ptinuo aderat pdonū quos et statim vt clausam cuiusquam ppēderāt fores madiorū credebat hoc esse quod in infectus portis ederēt et repēte dissipatis foribus papitos

inuicē dabāt atq; ab ipſis vt ita dixerim faucib⁹ eripi-
ebāt. Si qd forte iſuptū iā fuerat reuoca-
bāt. ferebant ſenes ſi cibū vēdicaret tētaſſe
Spargere etiā omnib⁹ mulieres trahebant oc-
cultare nitentes ſi qd forte deprehēſiſſent fuiſſet
in manib⁹ nulla ſenib⁹ reuerētia nulla erga
paruulos miſeratio. Sed et eiulātes paruos fra-
gmento panis inherētes et ex ipſo cū ibeſſet
vāt ſuſpēſos elidebāt in terrā. In eos vero q
raptores cibos preueniſſent aſſumpto crudeli⁹ ſe-
uiebāt. et excogitabāt noua ſupplicia obturā-
tes iſelicib⁹ naturales digeſtionū meatus.
Alijs vero pacutas ſudes per eadē ferēdo adi-
gentes horrēdo q̄ geſta ſūt referēs. Ad cō-
feſſionē p⁹ hec vni⁹ panis aut exigui farine
miſeros pueniebāt. Nā ipſi tortores nō patie-
bant famē. Eſt n tolerabili⁹ quodāmō ſi
hec cōpulſi inedia facere viderent. Sed vi vel
ꝑparēt ſibi ī poſterū cibos vel vi crudelitas ex-
ercitio ꝯualeſceret. In his etiā ſi q forte fur-
tim p ſtatiōes vel hoſtiū p colligēdis herbis
erupiſſet occurrētes eis q ſe hoſtiū man⁹ ef-
fugiſſe gaudebāt diripiebāt quicqd attule-
rāt. Supplicātib⁹ aūt et terribile ſibi quod-
dā nomē dei inuocātib⁹ vt vel partē aliquā q
ſecū mortis pīculo ꝯtulerant idulgerent nihil
prorſ⁹ ꝑbebāt. ſi h beneficij loco ceſſerat ſi cō-
prehēſſus viuū liceret euadere. Hijs aūt poſt
aliquātulū adiūgit dicēs. Iudeis vero cū egreſ-
ſu vrbis oēs pirer ſpes excluderent ſaluſ et
inualeſcēs acerbitas famis domos ſil' et fa-
milias generēq; vaſtabāt. ita vt in penetrali-
bus ſtrata iacerēt mulierū paruulorūq; cada-
vera. p plateas vero iſeliciū ſenū corpa fame
magis q̄ etate ꝯſūpta. Iuuenes vero atq; ōis
etas robuſtior velut ſimulachra quedā in vijſ
oberrabāt et egreſſib⁹ emoriētes quocūq; lo-
co greſſū ſubripuiſſet media. Sepelire aūt ca-
dauera p numero nec deſūderat multitudo nec
viriū debilitas pmittebat. ſil' et p ſui vite in-
certo vnuſquiſq; verebat. Denique aliquāti ſu-
per eos quos ſepeliebāt mortui ceciderūt. Mul-
ti etiā dū proſequūtur funera priuſq; ad ſepul-
chrū puenerent efflabāt. Nec ploratus ex more
defūctis exhibebat aut luct⁹ q̄ hec ſibi totum
vēdicauerat fames. Nec ariditas medu bu-
morē aliq̄ reliq̄rat lachrimaꝝ. Obſidentē
ciuitatē ꝓfunda ſilētia et nox plena mortis
cūcta preſſerat. Quib⁹ melius oīb⁹ grauiores
ſoli vigebāt ꝑdones q̄ nec ſepulchra qdē vi-
rupere et ſpoliare cadauera illicitū ducebāt ſi-
tā ꝑdi prēces q̄ ſecl' inſuꝑ cumulātes ei a-
cien gladioꝝ ſuoꝝ in cadauerū obtūſāde
ꝓbātes. Interdū etiā in nonnullos adhuc
ſpirātes mucro exāminād⁹ agebat qd alij
ſemiuiuos cū viderēt ſupplices o exterens ꝓ-
tēdebāt vt in ſe q̄ beneficij loco puerterēt ſue-
lus quo ſcʒ cruciatib⁹ famis velocius abſol-
uerēt. Sed nouo crudelitatis genere neq; quē
ſponte inferebāt ſi rogarent negabāt cū tamē
vnuſquiſq; deficiētiū cū gemitu retorqret ocu-
los ad tēplū nō de morte ꝑpria dolēs ſed de
impunitate ꝑdonū quos ſuꝑſtites relinqbāt.
Et primo qdē ſūptu publico ſepelire mortu-
os iuſſerāt fetorē itolerātia vt vero oēs ſum-
ptus cepit vīcere multitudo mortuorū de mu-
ro cadauera ꝑcipitabāt. ac cū tyt⁹ circuiēs p-
uidiſſet repletas mortuoꝝ cadauerib⁹ valles
et humentē corpis tabo ꝑriꝫ terrā ingenti cū
ingēti gemitu eleuatis ad celū manib⁹ deūꝫ
inuocat teſtē hoc ſuū cā nō puenire ſed iſtis ſu-
ſtinere inuitū. Et poſt aliquāta iterū quedā
ioſeph⁹ talia proſequit nō cūctabor inqt ꝓfer-
re qđ ſentio. Arbitror ēm q̄ ſi etiā aduerſum
ipſos aucto romanoꝝ paulisꝑ arma ceſſaſſent
aut hyatu terre aut aq̄ diluuio aut ſodomi-
tanis ignib⁹ et fulminib⁹ celitꝰ tocius ſupple-
cis auitas depēdiſſet q̄ multo īfauſtiorē il'
q̄ hec ꝑpeſſi ſūt et nequiorē viroꝝ ꝑgeniē bene
ꝑtuliſſet etatē ꝓ qb⁹ ōnis gēs periret cū-
ctis. Sed et in hoc vi li. eiuſdē talia ſcribit. et
coꝝ inqt q̄ per totā ciuitatē famis ſeuicia oc-
cumbebant multitudo innumerabilis erat. qua-
rū nec explicari miſeria pōt. p ſingulas naq;
domos ſicubi aliqd cibi fuiſſet repente bella
cōmunis et cedes inter caros ipſoſq; parentes ac
liberos naſcebant. dū nō ſolū e manib⁹ ſed
ex ipſis etiā faucib⁹ inuicē cibū rapere certa-
bāt. Fides aūt nec moriētis erat ſed et ipſi cum
ſpūm iā exalarēt ꝑſcrutabant ne quid ſinib⁹ ve-
lut forte in gremio ibi aliqd reſideret. alij
etiā p mediā byātes velut rabidi canes huc
atq; illuc ferebant et quaſi inſania quadam
exagitati in eaſdē domos ſub momēto ipſius
iterū ac ſepius irruebāt. oia tū neceſſitas com-
edebat in abū etiā illa q̄ nec mutis qdam
aialib⁹ edere viſum fuit. Ad vltimū nec loris
qdē nec cingulis vel etiā ipſis calciamētis ab-
ſtinuerat. porro q; indumēta detrahētes ꝯ-
ſcīdēdā dētib⁹ ingerebāt nōnulli et ſeni ve-
teris feſtucas edebāt ſed de quiſquilijs col-
lectis puluiuz pondus dragmis in qua-
tuor vendebant.

Quō mulier quedā vrgente fame occidit
et manducauit filiū.

Erdo puncto ſolis de mana que vi-gē. fame comedit filiū ſuū, pſecit decens. Sed quid opus eſt per hoc dus famis illius explicare cū geſtum ibi factū? qd neqꝫ apud grecos neqꝫ apd barbaros vllus accepit audit? horrendū quidē eū auditu vero incredibile. Et quidē libē tam immane facinus ſiluiſſē ne q̄s me deret mō ſtruoſa narrare niſi multos me-ae noſtre viros teſtes cōmiſſi ſceleris habuiſſem. Porro vero aliqd pñe mee preſtare arbitror. ſi ſubtrahā eoꝝ verba quoqꝫ alit facta. Mulier quedā ex his que vltra rdanis alueum cōmanebāt mana nomiē ſiat filia de vico bethezob. qd interpre-domus yſopi genere et facultatib⁹ nobilis cū cetera multitudine que fluxerat hiero-ymus repta cōmanē cū omnib⁹ obſidio-caſum ferebat. huī⁹ reliquas quidem facultates quas domo in vrbē puexerat tyrāni aſere. Si quid vero reliquiarū ex magnificis fuerat quib⁹ victum quotidianū pducere ducerer inuētes. p momenta pdonū ſatellites rapiebant. p quib⁹ gemēs mulier et inſaucia iam quadā ex indignacōe fan-atur ita vt interdū pdonibus maledicēs ſuiſque in necēſſitu inſtigaret. Verū cū ne irritatus quiſqꝫ nec miſerat⁹ eā oppimeret ſi quid cibi fuiſſet forte ab ea queſitū ab alijs quereret. necā iam vſqꝫ reperiēdi fieret famis aūt dira viſcerib⁹ ipſius inſideret ac medullis et ad furorē purgeret iā cha fame et ira peſſimis vſa cōſultoribus ra ipſa iā armatur cōtra nature. Erat vnā et ſub vberib⁹ paul⁹ filius hunc ante los ferens infelicis inquit mane. o infe fili in bello fame et direptōne pdonū te reſeruabo. Nam et ſi vita ſperari poſſet iugo romane ſeruitutis vigemur. ſꝫ nunc ſeruitutem puenit fames. pdones vo gꝫ in grauiores purgent. Veni ergo nec ate. eſto mam cib⁹ predonibus furor ſe fabula. que ſola deerat cladib⁹ iudeorū ūm hec dixiſſet ſimul filiū iugulabat. cū de igni ſuppoſitum torret et mediū ꝙp-dendo cōſumit. mediū vero reſeruat ob am. Ecce cōfeſtim pdones inuāt con-te carnis odore cōcepto. minat mortem ſine mora cibos quos paratos ſenſerāt de nſtraret. Tunc illa quidē partem inquit ūnam reſeruari vobis et cōtinuo que ſu-per fuerant mēbra detexit infantis. At illos repente ingens horror inuaſit et crudeles ꝙꝫ uiſa animi dirūpere vox faucib⁹ interclūſa eſt. Illa vero mia vultu crudeliꝰ crudelior pdonib⁹ truculētior. me⁹ inquit fili⁹ eſt. meus eſt pro-et facinus meū eſt edite. Nā et ego prior comedi qd genui. nolite effici aut matre religiosiores aut femina molliores. qꝫ ſi vos pietas vincit et execramini cibos meos ego qui talib⁹ paſta ſuꝫ his iterū paſcar. Poſt hec illi tremētes q̄ diſceſſerūt qui hūc ſolum ex oībus facultatib⁹ ſuis miſere matri reliquerant cibū. Repleta eſt aūt vniuerſa ciuitas ꝓfeſſim nephari ſcelere. vnuſquiſqꝫ facin⁹ aīs oculos qd ꝑpetratū fuerat addu-cēs tan ꝙꝫ ſi ipſe hoc ꝑpetraſſet horrebat oēs quo famis neceſſitas purgebat feſtinabant magis ad mortē beatos dicentes eos qb⁹ cōtigerit interiſſe priuſqꝫ taliū maloꝝ polluerentur auditu hec quidem ioſephus.

De numero captiuoꝝ et occiſoꝝ et pereūtiū fame.

Narr⁹ pñc⁹ eſt de numero captiuorū et occiſoꝝ et pēptoꝝ fame. Que vero tāta calamitas inuenerit eūdē eodē auctore per paucis annectā. Colligē cū ſupradict⁹ hyſtoriographus oēm numerū pemptoꝝ vel fame vel ferro vndecies cēntena milia deſignauit. Ceteros vo latrones vel ſiccarios vel pdones poſt vrbis excidiū munus dedaraui interiſſe vulnerib⁹. Ele-cos aūt quoſqꝫ iuuenū quos decor corporis et pcitas cōmendabat ad triūphū hoc cōſeruatos. Reliquos aūt qui ſupra xvij. annos agebāt etate ad opa egypti p metalla deſtinatos vel p ceteras puincias eſſe diſpſos. Alij quidem vt ad ludos gladiatorꝫ. Alij vt ad beſtias traderentur. Si qui vero intra decimūſeptimū etatis ſue ānū capti ſunt p diuerſas puincias in ſeruitutē diſtrahi iuſſi ſunt quoꝝ numer⁹ vſqꝫ ad nonaginta milia pduct⁹ eſt hec vero oīa geſta ſunt ſecūdo anno veſpaſiani imperij iuxta ea que ipſe dñs et ſaluator noſter ihe⁹ xp̄s pdixerat ꝙppe cū ea q̄ gerēda erant prius videret tunc ſcōm euāgelioꝝ fidē videns ciuitatem fleuit ſup illā et velut in aurib⁹ eius ploraū⁹ eſt hec verba. Si cognouiſſes inquit et tu in hac die que ad pacē tibi ſunt. Nūc aūt abſcondita ſunt in oculis tuis quia veniēt

dicẽs in te et circundabunt te inimici tui val-
lo et circundabunt te et purgent te vndiq; et
ad ſolum redigent te et ad filios tuos in te.
In hunc modum ꝙ plurima diuine ꝯmina-
tionis tonitrua publice induratis auribꝰ re-
ſonabant, quouſq; ſanguis iuſtoꝝ ſed et ip-
ſius iuſti ſingularis euicta qui ab impijs
inique effuſus eſt iuſto dei iudicio quereret.
Venit ſunt ergo plage bellis ſtrat et̃s pa-
trijs ſedibus diuine indignatõis exaſi ſur-
bane vt in vrbe glorioſiſſima nec lapis ſuper
lapidẽ remaneret. fuitq; populi indurati et
quouis lapide duriores tribulatio tãta quã-
ta non fuit ex quo gentes eſſe ceperunt vſq;
ad diem hanc. Eccleſia vero que fuerat hie-
roſolimis congregata diuinitus tranſire iuſ-
ſa eſt tranſiordanem ad oppidum quoddam
nomine pellam quo ablatis ab vrbe culto-
ribus dei celeſtis vindicte fieret locus que in
vrbem genteq; ſacrilegam fuerat exercenda
quod et euſebius ceſarienſis in eccleſiaſtica
hyſtoria plenius ſcribit. Et quidem hec oīa
recentiſſime paſſi ſunt qui in filium dei manꝰ
ſacrilegas extendere preſumpſerunt cum teſ-
timonijs ſcripturaꝝ et virtute mirabiliuꝫ o-
perum ipm xp̄m deum eſſe conſtaret ſicut ſu-
pra dictum ſupra primo libro in apertione pri-
mi theſauri allegando dictum ioſephi. Dic-
ent ergo aliqui iudei hyſpanie ꝙ ſunt in ea
antequam eſſet mors xp̄i. Sꝫ quero ab eis ſi vene-
runt ad hyſpaniã ſuo velle vel coacti. ſi vo-
luntarie non obſeruauerunt legem nec ceri-
monias quas ſolum in ptibus illis obſer-
uare tenebantur et ſic fuerunt vere apoſtate
et non iudei. Si vero ducti fuerunt vi et cap-
ti quare non reuerſi ſunt quãdo eis data fu-
it licentia generalis per regem darium. qui
fecit voce preconia aclamare per omnez terrã
ꝙ iudei de omnibus partibꝰ redirent in hie-
ruſalem et ꝙ edificarent templum. Si ergo
ipſi remanſerunt illa vice in hyſpania remã-
ſerunt ſicut iudei mali deſperati cõfuſi et di-
uiſi a bonis iudeis illius tẽporis ne ſeruaſ-
rent legem et precepta et ne cogerentur a pro-
phetis et vt eſſent ydolatre. quia a tẽpore
neronis imperatoris vſq; ad conſtantinuz in
quo tempore fuerunt. xxxuij. imperatores nõ
manſit in hyſpania homo qui nõ adoraret ydo-
la ꝙ non occideretur diuerſis et varijs tor-
mentis et tamẽ nõ legatur de aliquo iudeo
ꝙ propter hoc occideretur. immo ipſi moue-
bant xp̄ianos ꝙ illa adorarent quantoma-
gis. quia cum in eorum terra hoc eſſet pro-
hibitum ipſi ibidez adorabãt ydola. et ideo
non oportebat ꝙ in terra aliena ad hoc com-
pellerentur. Et dicunt ꝙ ſunt de tribu iuda.
Alij ꝙ ſunt de tribu leui. Alij ꝙ ſunt de tri-
bu manaſſen. Alij ꝙ ſunt de tribu effraym.
qđ cum veritate probare nõ poſſunt. ꝙ ſi
ſunt de tribu iuda. quare ergo non fuerunt
ad ſuos reges ante xp̄i aduentum. Et ſi de tri-
bu leui quare non fuerunt ad ſuum ſacerdo-
tium ſeruiendum. Si de quacũq; alia tribu
quare non redierunt ad ſuos iudices et pro-
phetas. Sed ſi ante aduentum xp̄i ſic fue-
runt in hyſpania ibidez remanſerunt vt
rebelles et deſperati.

Secũda expulſio facta fuit a regno fran-
cie et anglie vbi tres cauſe diuiſim aſſignãt.

Secunda expulſio iudeoꝝ facta fu-
it in regno francoꝝ. Unde tempore ſan-
cte henrico romanorum. impe-
ratore. et ſedente in cathedra petri clemente
papa. v. qui fuit ducenteſimꝰ papa. necnõ
regnante in eorum regno francorum philippo
rege Anno dñi. M. ccc. vi. de ordinatione p-
dicti regis fuerũt in toto regno francie capti
iudei irreceptibiliter vno die et cõfiſcata bo-
na eoꝝ et expulſi et ad regnuz mutinas...
ſum ſcilꝫ ꝙ refert frater iohannes de...
in ſuo hyſtoriarum collectario. cauſam...
non ponit huius expulſionis. Cum...
eſſe inueſtigarem cauſam vnde poſſem...
predictam cauſam. Caſu quidem ſu...
vir galli et ordinis ſancti benedicti m...
rij famoſiſſimi clunacenſis. tanꝙ refor...
res multi monaſteriorum eiuſdem or...
ſubiectorum predicto monaſterio in...
le regno ad villã meam de campis...
dem nunc exiſtente applicauerũt cuꝫ r...
ſam ſuam expoſiturum conſenſum et fa...
uorem querentes pro dicta reformatione...
rum vnus doctor in iure canonico. ſ...
licẽnatus. tercius vero baccalarius. ...
ſingulariter qui licentiatus erat vir p...
videbatur et grauis queſiui ab eodem...
bi vendice cauſam panderet predicte...
ſionis iudeorum a regno francie ſi ſi...
ret. Qui reſpondens eandem vere ſe...
gaui vt exhibitam in ſcriptis ponere...

plenum experimentu totum casum: Fecitque voluntarie sub forma et serie que sequitur. Reuerende pater quod vestra charitas postulauit ut in scriptis redigerem causam et in honorem potissimam electionis infelicissime christiano nomini gentis vicz iudeorum a regno francorum christianissimo factam que hortatur vestra religiosa bonitas stilo saltem rudi et indigesto Vero tamen et indubitato ut omnes gallie heredes norunt apud quos nota et manifesta hec sunt. Nam in picturis et tabulis ecclesiarum multarum asentibus hec solent necnon in cereo pascali annus electionis iudeorum annotatur quem pronunc memorie non teneo plurimorum circumstantie memorande miraculi propter inuariam a memoria excedunt. Ea vero que legi et in tabulis vidi fideliter enarrabo. Eo igitur tempore quo sordibus iudeorum populus in opprobrium sempiternum cunctis gentibus a deo datus stabat contatione christianissimum francie regnum sedebat quidam ipsorum ut solent publice vsuram exercebant Mulier quedam parisiensis necessitate compulsa vnam quam solam tenebat preciosam vestem illi iudeo feneratori in pignus dedit. Die vero sancte resurrectionis appropinquante mulier illa non habens vnde vestem suam redimere posset multis blanditiis aruinuenit feneratorem tempus petiuit iurans illi et promittens ut si suam illi in die sancto saltem pasce vsui prestaret vestem in crastinum eam superadditis fenoribus illi restitueret. Perditus ille afflictionem mulieris considerans licet quam cupidus foret et usure iam cognoscens fuerat detestandum rennuit assumere pollicitationem mulieris sed reconuenire illam cupiens in hec verba prorupit Scio te mulier a lege mulierem bonam et habundantem a tuis circumvicinis reputari scio te multas habere emulas que si in die festo te tua veste adornatam non viderint alludent te risui cachinnationibusque omnibus patebis. Si acquiescere vis consilio meo vestem tuam reddam et pecunias duplicatas tibi dabo. Tum illa ore insatiato. Quid vis inquit tibi ut faciam. Nam summope tunicam meam reportare cupio si facta tua mihi vires. credere potterum illud monstruosum ut illum quem adoras pro deo tuo quem in tua pasca receptum per manum sacerdotis eo mihi apportabis tuam

tibi restituam vestem et pecunias duplicabo. Exhorruit hoc audito verbo christiana mulier auertat inquit id ipse deus a me sed mihi crede per ipsum deum te iuro illam mihi tunicam de illo die accommodes in crastinum restituam. Absit inquit iudeus importuna mulier nunquam id faciam sed acquiesce consilio meo et tibi prouidebis. Nunquid ait mulier saltem iudee mihi illud transglutiendum necessarium fore. Caue inquit ne transglutias sed in os conserua et mihi apporta. Varium semper est et mutabile femina acquieuit tamen probando crimini et veste recepta remeauit ad propria. Die sacratissimo resurrectionis adueniente vana et fatua mulier iudeo cupiens complacere pecuniarum amore vbi ueprba ore sacrum domini nostri ihesu christi corpus suscepit festina ad iudei domum pergit. Ecce ecce iudee quod tam importuno affectu instanter a me requisisti. Ecce deum meum quem hodie per manum sacerdotis accepi. Ecce eum quem adorant christiani mihi pollicitam pecuniam trade. heu heu ad turpia ducit paupertas que auari mentis genus mulieris. Fenerator itaque letus et gaudens bene inquit venisti mulier cum deponensque donarium et pecunias duplicatas recepit tunc as. Tunc iudeus ille insano animo et furibundo totus propterea debacchatus et ingentem flammam in camino succendit vnam magnam aqua et oleo plenam superponens corpus domini nostri ihesu christi manibus nephariis immisit dicens. Eo ne tu ille christianorum deus. Eo ne tu ille ihesus quem ex virgine natum christianorum vesania crudelitas opinatur et credit fore deum si tu ille es quem colaphis cedebant patres mei ego te bullientibus vndis cruciatum. si te cruci affixerunt ego te assandum dabo illi viuum te morti dedere ego iam te mortuum morti iterum dabo. Si vis loqui si deus es si tua est potentia vnde et me igne consumare defende te et talia scelerato ore euomens Ecce dominus noster ihesu christus in medium bullientis aque stans speciosus forma pre filiis hominum puer ambulans super aquas bullientes. Quem videns iudeus non tam signo et miraculi nouitate conuersus ad deum sed iudaico more et populus ille testificante sancto moyse indurato animo semper existit duri cum ceruice. puerum sol natantem cum eo instrumento ferreo

q̃ð in manib⁹ habebat iteratis vicib⁹ in va/
nã bullientẽ demergere tẽptauit. sz nec illuz
quouis modo tangere valebat. dimissa ei sa
pientia puer ihes⁹ sic ducebat vt quã iudeus
ille in medio aque bullientis illã fore arbitra
bat in dextra pte ipm cernebat existere. sicq3
quã in dextra ferire volebat in sinistra bullie
tis aque cernebat. Colluctabat iude⁹ cũ pue
rulo nec ibi eũ causa ꝑualere poterat. Interi
pueri iudei illuc assistentes ꝓdigij nouitas/
te perterriti ad matrẽ cõcurrũt dicẽtes. Ẽn mr̃
pr noster puerulũ in aquã bulliẽtẽ demerge
re nitit̃. Mater illa ad cameram viri sui gradiẽ
pueri alta voce eiulãtes ad publicũ puenit
vicum dicẽtes et ꝓclamantes venite venite
vere pater nr̃ puerũ vnũ ꝓdicta mirabili for
ma in aquã bulliẽtẽ demergere cupit. Fit cõ
uers⁹ ppli. iudei passim et xp̃iani cõcurrerũt
maliq3 et illuc viderũt puerulũ dñm nrm
ihesuz xp̃m et iudeũ nitentẽ ꝓfundũ vene
demergere. Denũciatũ est ep̃o parisiensi in/
auditũ miraculũ q̃ cũ toto clero accessit ad
iudei domũ et in medio bullientis aque et
olei vidit hostiã mũdissimã sanã et integrã
illã assũpsit suis ꝓprijs manib⁹. et omni cer
nẽte populo in eccl̃ia sancti iohãnis de gra/
uia parisius. vbi in eodẽ die cõsecrata fue/
rat ꝓcessionaliter portauit. In qua eccl̃ia in
memoriale tanti miraculi vsq3 in hodiernũ
diẽ obseruat̃ et q̃libet die in honore sacra
tissimi sacramẽti altaris missa celebrat̃. Fe/
ria vero quinta in qua dñs nr̃ ihes⁹ xp̃s illud
sacramentũ statuere dignat⁹ est puenit po/
pulus et missa solẽnissime ibi celebrat̃. Ca
ptus et incarcerat⁹ fuit iudeus vxor iudei et
pueri cõfessi sũt que viderũt. Iude⁹ ipse oĩa
que p ipm facta fuerãt et dicta ꝓfessus ẽ mu
lier ad fidẽ cõuersa ẽ et pueri baptizati ipi etiã
xp̃iani qui videre meruerũt signũ magnum
cõfessi sunt veritatẽ. Iude⁹ ille a deo re/
probat⁹ et derelict⁹ in sua obstinatiõe ꝑmã/
nens ad iudiciũ per ꝑpositũ parisiensem du
ctus est. Deinq3 iter ageret iudeus ille ꝑposi
to parisiensi voce perturbata dixit. Si librum
quẽ possideo thalmuth intitulatũ hic vna/
mecũ haberẽ. nõ esset in tua potestate me v
morti tradere. q̃m liber ille vel a parentib⁹
meis accepi tale virtutẽ a deo recepit vt hi q̃
frequẽter illũ legũt et possidẽt a deo immor
tales reddant̃ vbi inquit ꝑposit⁹ parisieñ. li
ber ille tante virtutis est vt immortales hoies
reddat. designa locum et ad illũ destina pe
dissequũ. Quo facto vbi pedissequus librũ
thalmuth iudeo in quadriga ligato tra/
didit ignis qui ad tractũ balustẽ ꝑparat⁹ ad
combustionẽ iudei per lictorẽ erat ad iudeũ
vsq3 volauit. eũq3 vna cũ libro suo thalmud
in fauilla et cinere in momento et in ictu ocu
li redegit. Hec fuit vrgens causa eiectiõis ḡe
tis iudaice a xp̃ianissimo regno frãcie. Qui
cquid sit de hoc verũ3 hec .s. fuerit potissima
causa eiectionis iudeorũ ab illo regno siue
illud quod dictũ est supra ꝯsideratione vij.
puncto in crudelitate .viij. rum scz oẽs por/
ci se mutuo occiderũt. vel illud quod in cre/
dulitate supradictũ est. scilz de homine quẽ
spinis coronatum occiderunt credendũ ẽ nã
q3 hec et plura alia crimina eorũ cõcurrerũt
propter que sic puniti sunt. Expressa tamen
causa fuit infra dictum mors. Quare vniuersa
liter Iudei omnes ab illo fuerunt expulsi vt
notat vincentius vide supra cõsideratiõe ꝓ
dicta et puncto in crudelitate .ij. In cõfirma
tionem predictorum est illud quod accidit
in confinibus regni castelle versus regnum
nauarre in villa quadaz que e grauion dicitur
vbi colliguntur iura a transeuntibus de re/
gno in regnum. In predicta villa consueue
rant iudei predicta iura colligere. Accidit
autem q̃ miles quidam de regno frãcie vi/
situ faceret per locũ prenominatũ ꝑegrinãs
in sanctũ iacobum. Et cum p̄dicti iudei inue
reciũde explicarent oĩa que deducebat inter
cetera inuenerunt quendã librum deuotio/
nis suaz in quo multe erant litere auree. et
cum pro quolibet peterent certum ius inda/
gnatus miles ille percussit alapa vnum iu/
deorum qui illico versaute percussit similiter
militẽ alapa. et cũ p̄dict⁹ miles indignato
ense volebat iudeũ illũ punire occurrit mlti
tudo iudeoz cũ armis sic q̃ n̄ potuit vĩdica
re iniuriã sibi factã et rediẽs in se ipsũ cepit cogi
tare q̃re de⁹ ꝑmiserat eũ a tã turpi et nephan
dissima gẽte tã grãdẽ iniuriã ꝑpati. recordat⁹
est q̃ a toto regno frãcie propter supradicta
iustissime fuerant iudei expulsi et ipse solus
remanserat singularis defendens vsq3 nunc
iudeos in terra sua. Et ideo iustus de⁹ ꝑmi
eũ permisit eũ sic turpiter offendi. Recedẽs
ergo a p̄dicto loco ꝓmisit et vouit q̃ si de⁹
reduceret eum ad terram suaz nullum iude/
um relĩqueret in eadẽ q̃d et ope adimpleuit.

quia omnes iudeos quotquot potuit inuenire gladio peremit.

Tercia expulſio facta fuit a regno anglie.

Tercia iudeorum expulſio fuit a regno anglie cuius expulſionis cauſa duplex aſſignatur quarum primam legitur in quibuſdam miraculis ſub ordine qui ſequitur. In lincolnia ciuitate regni anglie accidit quoddam miraculum quod deus voluit oſtendere pro laude beate virginis. Una mulier quedam vidua et paupercula filium quendam nomine alfonſum habebat quem tradidit ad docendum primas litteras et poſtquam ſciuit legere tradidit imbuendum rudimentis grammaticalibus et in muſica qui licet in grammaticalibus proficeret, in muſica tamen grauiſſimus erat. Et quia predicta mulier paupercula erat recommendauit illum cuidam religioſo ſui generis, ut de victu ſaltem ipſi prouideret et ita factum eſt quia quotidie poſt lectiones ſuas recipiebat ſuam refectionem a predicto religioſo. Erat autem predictus puer etatis annorum .x. cuius erat conſuetudo ordinarie mane primo quod iret ad eccleſiam deinde ad ſcolas et hora refectionis ut dictum eſt ad domum religioſi. Nocte vero ad matris domum ſe conuertebat. Cum autem ſepe in eccleſia illam preclaram antiphonam Alma redemptoris audiret cantare tantam deuotionem concepit in virgine beata et ſic memorie ipſius predictam antiphonam quod quotienſcumque iret de die et de nocte per vicos et plateas more puerorum ſupradictam antiphonam alta voce dulciſſime cantabat. Tranſitus autem eius erat cum iret ad domum matris vel rediret ab eadem per vicum quendam iudeorum. Quod audientes frequenter predictam virginis cantationem ab ore iuuenis quidam illorum habuit querere a quodam docto chriſtiano quis eſſet ſenſus illius cantationis cum eius cantus tam dulcis eſſet. Et ut cognouit quod illa erat antiphona quedam que ad laudem et honorem virginis beate marie matris redemptoris ieſu chriſti [illegible] in miſſe decantabatur a fidelibus in eccleſia cepit dolorem et peperit iniquitatem quod conſilium habuit cum ſuis complicibus quorum corda dyabolus poſſidebat quomodo predictum infantem morti traderet et occideret. Hora igitur opportuna obſeruata cum paruulus predictus alta voce cantando predictam antiphonam tranſiret per eorum vicum ſubito ſicut a rugientibus leonibus rapitur et reductus in domo quadam de modo mortis eius tractauerunt. Et diffinitum eſt inter eos quod eius lingua cum qua beatam virginem laudabat extraheretur per oppoſitum capitis pre[illegible]. ſecundo quod extraheretur cum cor eius quo cogitabat predictam cantationem et ultimo quod corpus eius proiiceretur in loco profundiſſimo et immundiſſimo fetoribuſque pleno qui locus erat eorum communis latrina. ut nullatenus ſignum eius inueniri poſſet et factum eſt ſic. Sed virgo beata que mater eſt miſericordie et pietatis nec obliuioni tradit ſeruitia quecumque ſibi facta ſtatim ſicut ille deuotiſſimus ſuus cantor in predicto loco fuit proiectus. Affuit prius ſenex eidem et poſuit in eius ore lapidem quendam precioſum qui locum lingue ſuppleret et ſtatim cepit cantare ſicut prius predictam antiphonam immo melius et altius quam primo nec aliquando ceſſabat de die nec de nocte a predicto cantu et tali modo ſtetit in predicto loco paruulus ille quatuor diebus. Cum vero mater eius videret quod ſicut conſueuerat ad domum eius non veniret ſcelerato greſſu ad domum ſupradicti religioſi peruenit ac deinde ad ſcolas nec poterat inuenire. Diſcurrebat vndique per ciuitatem anxia mulier ſi poſſet alicubi inuenire filium ſuum et diſponente deo in fine quatuor dierum predictorum mulier illa tranſiuit per vicum illum in quo filius ſuus fuerat occiſus et in latrinam proiectus. et ecce vox filij ſui cantantis dulciſſime cantationem illam virginis quam ſepiſſime ab eo audierat inſonuit in auribus eius. Quo audito clamoribus magnis predicta mulier clamare cepit et congregate ſunt multe gentes et cum eis iudex ciuitatis. intraueruntque domum illam in qua vox iſta audiebatur et finaliter inuentus eſt iuuenis in loco predicto et extractus nec vnquam ceſſabat a cantu illo dulciſſimo licet mortuus foret. Indutuſque aliis veſtimentis per dominos qui ibidem venerant notificatum eſt epiſcopo ciuitatis. qui illico veniens ad ſpectaculum precepit quod poneretur honorifice in quodam lecto. et ſic deductus eſt cum ſolenni proceſſione et magno honore ad eccleſiam cathedralem predicte ciuitatis ſemper tamen continuabat canticum ſuum. conuenientibus ergo in vnum ad predictam eccleſiam dictus epiſcopus celebrauit et fecit ſolennem ſermonem precepitque omnibus audientibus quod deuotas funderent orationes ut precibus beate virginis deus dignaretur reuelare hunc errorem. Finito vero ſermone placuit altiſſimo et ſue

beatiſſime matri quod fuit detecta ipſiſſimorum iudeorum perditio et crudelitas. qui eadem hora ſurrexit paulus ille et iſte et ſtetit pedes in lecto in quo iacebat et extraxit ab ore ſuo unum preciſiſſimum lapidem. dixitque omnibus voce leta et hylari facie qualiter ſibi acciderat ſicut dictum eſt et quomodo virgo beata ad eum venerat et poſuerat dictum lapidem in ore eius ut non ceſſaret motus ab eius laude et ut audiret gloria filii ſui in ſalute credentium et perditione odientium et incredulorum. post hec ad ſe vocavit ad ſe epiſcopum et dixit ſibi pacem ſimiliter et matri et facta expeditione ab omni populo certificavit eos quod aſcendit ad celos in ſocietate virginis glorioſe et tradidit predictum lapidem predictum epiſcopo ut poneret eum aliis reliquiis in altari. Quo facto ſignaculo ſancte crucis ſe insigniuit et compoſuit ſe lecto animam tradidit ſalvatori qui honorifice ſepultus fuit in quodam ſepulchro marmoreo quod multo tempore precioſos lapides ut fertur emanavit quouſque quedam peſtifera hereſis ibidem orta fuit. Rex vero predicti regni cum cognovit tamen perlandum et horribilitudinem eorum crimen et propter nulla alia que invenit verdicta inquiſitione que predicti iudei operabantur in contumeliam et in memoriam ihesu chriſti ſalvatoris noſtri et ſue beatiſſime matris cum deliberato et maturo conſilio aſſignata die precepit quod occiderentur omnes iudei quotquot poſſent inveniri in predicto regno ſuo. Et illi qui melius deliberaverunt fuerunt totaliter expoliati ab omnibus bonis et ſignati ac expulſi a toto regno anglie. Et ab illo tempore nunquam amplius ibi habitavit nec habitat nec auſus eſt apparere aliquis iudeus quia ſtatim interficeretur ſi cognoſceretur. Alia cauſa in cronicis anglorum antiquis ut fertur aſſignatur. Cum enim regnum illud plurimis bellis fame et peſte laboraret miratus rex vir venuſtus tanta regni ſua continua tribulatio ſervos dei ad ſe vocavit et rogavit ut deum devotiſſime orarent quatenus ſibi dignaretur revelare cauſam tanti mali perato corrigere et emendare. Illi vero licet indignos reputantes ſinaliter tamen eis auxerunt ieiuniis et orationibus ſe affligentes. Deus autem miſericors oſtendit quod illa eveniebant in predicto regno propter peccata crudeliſſima que iudei committebant. Cum rex hoc audiret conſilio habito deliberavit omnes iudeos facere chriſtianos cogitans ex hoc placare iram dei et factum eſt ſic. Sed nec propter hoc predicta mala ceſſabant ſed ſemper in amplius creſcebant. Conſulto ergo iterum ſervis dei. Reſponſum eſt ſibi quod peiores erant ſub nomine chriſtiano quam primo. pauco enim tempore elapſo a ſua ficta converſione uſurpaverant modos et aſſumpſerant omnia fere officia regni in calamo et virga intantum ut vere chriſtiani quaſi captivi viderentur eorum. Quare predictus rex illuminatus a deo purgavit regnum ſuum a ſerpentibus illis in hunc modum. Die enim aſſignata ut omnis populus exiret in campum prope mare fecit duos papiliones unum in ripa maris. reliquum vero in aliquali diſtantia convenienti. In primo poſuit torah iudeorum in ſecundo vero crucem chriſti. Sedens ſreceptio tribunali in medio papilionum convocavit ad ſe omnes predictos converſos et voce clara et hylari vultu dixit eis. ego feci vos omnes fieri chriſtianos et vos acceptaſtis voluntarie. Sed poſt converſionem veſtram mala multiplicantur in regno meo et forte huius cauſa eſt qui invite ad chriſtianitatem veniſtis. Eſt ergo voluntas mea liberos vos relinquere. Ecce in papilione iſto prope mare eſt thorah iudeorum. In alio vero eſt crux chriſti. eligite preſe qua volueritis et ad illam ſtatim properate. gaviſi ſunt gentili de libertate preſſa omnes ſimul cum uxoribus et filiis relicta cruce chriſti ad thorah cucurrerunt. Et intrantes papiliones unus poſt alterum iugulabantur in ſecreto et altera parte papilionis et proiciebantur in mari et ſic purgatum eſt predictum regnum et continuo ceſſat plaga nec amplius iudeus ibi habitat ſed nec habitat uſque in hodiernum diem videatur hyſpani ſi ſilio plaga viget et primo intereos creſcat.

Quarta expulſio facta fuit ab hyſpania.

Quarta expulſio iudeorum facta fuit in regno hyſpanie. Unde legimus in cronicis hyſpanie quod ſiſebutus rex gothorum regnavit in regno hyſpanie Era ſexcenteſima quinquageſima quarta. que fuit anno domini ſexcenteſimo ſexdecimo. et regnavit annis. viii. et melius ut iſte fuit bonus chriſtianus et ſtatim incepit regnare monuit iudeos qui erant in regno ſuo convenirent ad recipiendum fidem chriſti et multi eorum converſi. fuit ad fidem catholicam involuntarie. Et iſtud fecit predictus rex motus ex verbo pauli apoſtoli ad philippenſes .i. ſive per occaſionem ſive per veritatem chriſtus annuncietur et in hoc gaudeo ſed et gaudebo: ceteros vero iudeos extra regnum eiecit eccleſiam ſancte leocadie tolete miro opere fabricavit et ibi ſepultus eſt. De romanis quos bis feliciter triumphavit huius tempore nephandus machometh ab hyſpania fugatus in affricam tranſfretavit viuſa regnare cepit Era ſeptingenteſima quadrageſima quarta.

ãnis. ſic remanſit. hic bene inchoauit ſed peſſime conſummauit. hic pelagium filium ſuum ſibi deus cantabat qui poſtmoduꝫ contra ſaracenos in aſturiis rebellauit ab vrbe ex- pulſit toletana. Iſte introduxit iudeos i regno quos Siſebutus eiecerat quare dat⁹ in re- probum ſenſum luxurioſiſſimus eſt effectus. Iſte mandauit eccleſiaſticis ꝙ haberẽt vxo- res tot quot poſſunt ſuſtentare. Iſte pce- pit eis ꝙ non obedirent romano pontifici. Iſte precepit muros ciuitatũ et locorũ deſtrui. Propter cuius peccata inſurgerent cõtra eum. Iſte priuauit oculis theofredum patrẽ rode- rici. Iſte rodericus fauore romanorũ cõ- tra vitiſam decreuit publice rebellare qui ec- cauit eũ et qđ fecerat patri ſuo fecit ei et regnũ cepit vitiſa. Itaqꝫ plenus abhominatio- nibus cordube vitam finiuit. Hec ex cronicis hyſpanie et ex archiuo fratris iohannis egy- dii zamorẽ. Ex quib⁹ pꝫ ꝓſperitas regni regis expellentis iudeos ab hyſpania et in- felicitas ſcõi deducentis eos ad eandem

De iudeorũ innumerabiliũ et ſua obſtinata malicia vbi noue innumerabilia explicantur.

Eama conſideratio eſt de iudeorũ mirabilibus et ſua obſtinata mali- cia. Glorioſus deus qui vult oĩs homines ſaluos fieri et in agnitionem veri- tatis venire peccatis et crudelitatibus iude- orum non obſtantibus ianuaꝫ ſalutis fidei catholice per multa mirabilia eis oſtẽdit ap- perire ꝫ vt minus ſint excuſabiles in extremo iu- dicio et de multis mirabilib⁹ et ꝓdigijs per diuerſas orbis partes eiſdẽ oſtenſis. Poſt quã per mundum fuerunt diſperſi noue mira- bilia in pñti conſideratione explicantur.

De aqua diſparẽte iudeo ficte ad baptiſ- mum accedente.

Primũ mirabile accidit circa annuꝫ domini ccccxx. Imperantibus the- odoſio iuniore et honorio et ſeden- te in cathedra petri Innocẽtio papa primo. Tunc cum iudeus quidam ad baptiſmum fict⁹ cauſa veniſſet ſubito baptiſmi aqua diſparuit et iterum atqꝫ iterum alia et alia diſpa- ruit ꝑ hoc dei virtutem et iudei perfidiam demõ- ſtrauit. hec ex cronicis imperatorum et ſum- morum pontificum.

De ſanguine imaginis xpi cruentantis iudeum telo eum tranſfigentem.

Secundũ mirabile accidit circa an- nuꝫ domini quingẽteſimumoctua- geſimumſeptimum imperante in- ſtiniano qui fuit huius romanorum impe- rator. et ſedente in cathedra petri Pelagio papa primo. Tunc enim iudeus quidam imaginem ſaluatoris furtim ad domum ſu- am delatam telo tranſfixit et cũ ſe ſangui- ne eius cruentatum videret et abſcõdit eam. Sed chriſtiani querentes ꝑ veſtigia ſan- guis inuenerũt et iudeũ lapidib⁹ obruerũt.

De puero iudeo qui communicauit cum chriſtianis propter quod a patre in fornacem ardentem miſſus illeſus euaſit.

Tertium mirabile accidit circa annũ domini quingenteſimumoctuageſi- mumoctauum ſupradicto imperã- te imperatore et ſedente in cathedra petri vir- gilio papa primo. Tunc in oriente puer qui- dam iudeus a coeuis ſuis chriſtianis ad ec- cleſiam vt communicaret communicauit. Quod factum cum eius pater cognoſce- ret propter hec in ardentem fornacem eum proiecit de quo illeſus extractus. Dixit mu- lierẽ in eccleſia depicta que puerum tenet pallio ſuo flammã ignis ventilabat.

De ſanguine et aqua que exierunt de late- re imaginis xpi quod lancea iudei aperue- runt et quomodo ſuppoſitum vas fuit re- pletum.

Quartum mirabile accidit circa an- num domini ſeptuageſimumocta- uum imperante Conſtantino quin- to qui fuit. lxxx romanorum imperator et ſe- dente in cathedra petri paulo papa primo. Tunc enim in ſyria ciuitate berito quidam chriſtianus ſub annua penſione hoſpi- cium habens ymaginem domini crucifixi cõtra lectuli faciẽ parieti affixerat et ibi ora- tiones ſuas continuo faciebat. Poſt an- num vero aliam domuꝫ locauit et imaginẽ ibidẽ ex obliuiõe reliquit. quidã aũt iude⁹

poſt eū etiā doctores qui euāgeliū et ap̄lo-
rū dicta expoſuerūt et vſq; ad iſta tempora
durauerūt miracula ſcʒ de effugatōe demo-
nū et curatōe langoꝝ et reſurrectōe mortuo-
rū. Hec mirabilia faciūt xp̄iani et fecerunt
qui dicūt xp̄m crucifixū eſſe verū et ſolū deū.
Et ſi dixerit ſarraceni q̄ iſta nō credunt nec
facta ſunt oſtendemus eis miracula magna
Conſtat enī q̄ totus mūdus colebat idola
et maxime romani qui tenebāt monarchiaꝫ
mūdi hi receperūt fidem xp̄ianam et non
ſolū acceperūt xp̄m crucifixū eſſe verum
deū ſed etiaʒ crediderūt eos alios deos quos
tanto tempore in idolis qui dabant eis re-
ſponſa nec imponebant eis aliqua grauia
cum fides xp̄iana ſit ardua et inſolita mū-
do imponat ut contemnere mundum con-
temnere ſeipſum diligere inimicos orare
pro perſequentibus benefacere malefacien-
tibus aliena non appetere propria largiri
Hec omnia mundus acceptauit et etiam
peſſimā dimiſit. Aut igitur propter ſufficiē-
cia miracula aūt ſine miraculo maius autē
miraculū fuit ſi ſine miraculo et per homines
imponētes ſimplices et pauperimos procu-
rari potuit et hec fecerunt xp̄iani non alios
occidendo ſed mortem ab aliis equanimit̄
tollerādo. Conſtat autem modo omnib⁹
fidem xp̄ianam ſtupendis miraculis eſſe
fundatam. legem etiam machometi nullo
ſuam miraculo non enim indiguit. et ma-
xime quo ad carnales homines et munda-
nos. Alii vero ſcilicet intelligentes literati
et virtuoſi viri ei nullatenus adheſerunt fi-
dem.

Quomodo lex machometi eſt lex contra-
dictionis.

Ertius paſſus eſt q̄ lex machome-
ti eſt lex contradictionis. Sunt enī
in eo innumere contradictiones de quibus
propter breuitatem octo ſubiunguntur.
Primo ſe dicit eſſe generalē ꝓphetā etiā di-
cit q̄ alchoranus datus eſt ei arabice et q̄ ne-
ſcit aliā linguā niſi arabicā. Item ſcdo di-
cit in capitulo de elbachara q̄ interpretat̄ va-
ca q̄ iudei et xp̄iani et ſabei ſaluabuntur et
capitulo ad mariā. dicit poſtea q̄ nullus ſal-
uabit̄ niſi in lege ſarracenoꝝ. Itē tercio mā-
dauit eis q̄ nō altercent̄ cum hominib⁹ al-
terius ſecte verbis aſperis ſʒ verbis māſuetis
nō enī pertinet ad hominem cogere ſʒ ad deū
ſolū et vn⁹ quiſq; hʒ de ſe ſolo reddere ratō-
ne et nō de alio et poſtea mādat in plurib⁹
locis q̄ occidant̄ et expolient̄ q̄ nō credūt
donec credat vel ſoluat tributū p̄terea ipe di-
cit i capitulo libē q̄ illi q̄ receperūt ſunt deo dīg
aliū tu n eis prout et paratos coꝝ ſʒ de⁹ re-
ſeruat ſibi. Eſt igit̄ notabil' ꝯtradictō q̄ ex v-
na pte auctoritate dei totū ſʒ mādat q̄ occi-
dāt̄ increduli et ex alia pte de⁹ mādat q̄ etiā

pro isto scelere nullus ē procuratio ad puniendū sed soli deo reseruanf. Item quarto machomet⁹ in capitulo zait tenetūr in fine iactat se q ipse non est de cōpellentibus s; quomodo non est de compellentibus qui mādat q nō credentes occidanf et expoliētur. Item hoc in capitulo de vaca concedit zodomitam tam cū masculo q cum femina dicit enim sarracenis q nō polluant se cū infidelib⁹ non credant et de mulieribus dicit mulieres vestre aratura vestra arate eas vt vultis et tamen in eodem capitulo pu⁹ dicit q illi zodomite tempore loth operati sunt abhominabile vicium et psius nacōib⁹ insuetum. Item vi. ipse dicit q noe abrahā ysaac et iacob et filij eorum fuerunt sarraceni et tamen ipse dicit q mandatum est ei q ipse esset primus sarracenus. Preterea cōstat q non fuerunt sarraceni q̄diu ad ritū nō post q fuit data lex sarracenorum. lex āt sarracenorum est alchoranū quod quidē fuit datum post legem mosi et euangelium sicut habetur in alchorano ymmo nō sunt adhuc septingēti lxxxv anni q fuit machometus cū ipse venerat anno domini. sexcentos lxvi. sicut patuit supra consideratione prima articulo ij. Constat tamē q noe abrahā ysaac et iacob fuerunt ante legem mosi et euangeliū. Itē vij ipse dicit q deus prohibuit augurium et ēt ait augurium, si aliter nō potestis in fassuris dubij et qui hoc non fecerit anathema sit. Item viij ipse dicit se missum arabibus quia nunquā non habuerunt dicit enim q alcoranū datū est eis solū in lingua arabica. Et ēt eis licere aliā linguā nisi arabicam. Unde cū adhesissem ei quidam hacheni iacobinus et salon psa et abda alba de pside filius selēā iudeus et quidam incerent q ipsi instruebant eū. ecce accidit in faciem suam et lōctacte sunt manus eius et pedes et socij cooperuerunt eū vestib⁹ suis et ad se rediens dicit deus misit me corrige vos de sermone quem dixistis q tales me docerent legi et eis vnam lectionem aliam sententiā que est in hac lectionis dinact qd interpretatur palma que sic dicit. Sam⁹ q ipsi dicent q instruit eū homo lingua autē qua loqueref et p̄seca. hoc āt arabica patēs est et et hoc dicit quo potest esse q illi instruant me quorum vn⁹ p̄secus⁹ esset alter ebreus q̄ dixerunt et pōt eē q lingua sua nō loquaf et exponāt eā in lingua sua oīa notifica hēc inuenire responsionē. Si q non poterat instrui ab hebreo et psa q sūt p̄pinq quō poterat ali⁹ valde remote lingue instruere. Ipse eni p⁹ dicē se eē missum ad vniuersitatē gencium. Sed quō ibit ad oēs gentes in septuaginta linguis qui nesciat recitare suū sermonē nisi in lingua arabica. Dicit tamen vnde habetur in libro p̄phetarū q dicit ei de⁹ nō misim⁹ te nisi ad vniuersitatem gencium et igitur manifesta p̄rarietas et apertum mendacium q se missum solis arabibus et oībus genib⁹ Non igitur alchoranū est lex dei in qua tot p̄radiciones inueniunf. Unde sentencia ē machometi in capitulo clinsa quod interp̄tatur mulieres q si iste alchoranus nō esset a deo inuenirentur vtique in eo cōtrarietates multe. Sua igitur sentencia sit in destructionē sue legis quia ex quo vt visum est multe manifeste cotrarietates sunt in eo nō est lex dei.

Quod lex machometi non est lex dei q̄a in multis eā per hominē reuocata et q eyzbolus fuit principalis actor alchorani

Epumus passus est q lex machometi nō est lex dei qi eit in plamb⁹ per hominē reuocata. Un nō est tale examē legis sarracenorum inter eos quale inter x̄pianos nos sepe fit per [illegible] generalia vbi veritas fidei repetitis ignib⁹ luce clarior innotescit. Cum sarraceni qui eius noticiam habēt p̄ autentico teneant actum factū per machometū abdulbaqui qui erat alphaqui in ciuitate q̄ dicif malaga q refert in suo libro versiuz reuocatorum q cū ipse vidisset multos lonigos fuisse in mō quo aliq versus alchorani reuocabanf et q null⁹ in hoc fecerat finē q recedēdo a p̄dicta ciuitate p̄gregauit doctores regule qui ei auxiliū dederunt cū actoritatibus et libris antiquorum magistrorum et q sic p̄posuit breuiariū certissimum de eo q hec uiaris reputaf inter doctos magnū oi⁹ legis machometi et nō minus p̄dicatū quis oīndi allegando sup eo alios passus alchorani. q in ip̄omet alchorano quod tenetur ab oībus sarracenis p̄ lege sua data a deo sunt reuocati ce et xxvij vers⁹ de qb⁹ multē genere sunt reuocati cētū xxiiij. vers⁹ ita q sarraceni faciēdo guerra p̄tra nō sarracenos ip̄i p̄radicunt legi sue in centū xxiiij passib⁹.

verbum eſt magni ponderis dicere ſint re-
vocati. Aliud eſt concordare vnum paſſuꝫ
cum altero exponēdo et declarādo quomō
in ſuo caſu intelligitur vnus paſſ9 et in alio
alius ſicut cū in multis paſſib9 videtur eſſe
contrarietas inter doctores xp̄ianos fit ſtu-
dioſe et autentice per generalia ↄſilia et ſcō-
patres habita examinatione lōgo tempore
cū cardinalibus patriarchis archiepiſcopis
epiſcopis et doctoribus ac multis litteratis
ſue curie et extra. Sed quod aliquod conſi-
lium vel papa dicat ꝙ aliquis paſſus euā-
gelij ſit reuocatus alienum eſt a ſuo propo-
ſito et omnium xp̄ianorū ꝙ in lege dei ſtat
ſicut in legibus ciuilibus vel in aliquibus
canonibus ſeu decretalibus ſpecialiter in re-
gulis cancelarie per quas expediuntur bulle
exeuntes a romana curia quarum ſequens
papa a ꝑpetuis quas vult reuocat vel ſicut
ſolis regni caſtelle et ordinationibus quas
aliqui reges faciunt aliquas ordinatio-
nes ad quas magis attendunt ꝙ ad anti-
quos foros et hoc eſt quia reuocare legem
ſpectat ad ſuum factorem vel ad equalē ſeu
maiorem poteſtatem habentē. Quomodo
ergo p̄t reuocari lex que putatur eſſe dei per
aliquem aliū quia ſi verum eſt ꝙ eſt dei nō
dico per hominem ſapientē ſed nec per dia-
bolū vel aliquē angelū nec per oēs diabo-
los homies et angelos ſimul in vnū coniun-
ctos. Sꝫ ad reuocandū tot verſ9 libri alcho-
rani nō ſit mōdo ꝙ fuit facta cōgregatio vni-
uerſalis et pie omniū ſarracenoꝝ et ꝙ ma-
iores eoꝝ congregarentur reuerſi ſi habēt
pro autentico dictum vni9 alſaqui qui dicit
et non ꝓbatur foſſe ſuo tempore fuit ma-
nifeſtū ꝙ peterent cōſilium ſuper eo a docto-
rib9 regule. Ex quib9 ſatis clare patet legeꝫ
machometi nō eſſe legem dei: nec autenti-
ce examinatur ymmo per vnum ſarracenuꝫ
in pluribus reuocata et ſi vn9 diabolus legē
ſit hominibus operatus quia eos reſpicit vt
inimicos cū hoc ſit eius ꝓprium officium
non dī eſt cōtrarius alteri diabolo quia ſi ſic
iam eſſet in ſe diuiſus belzebub non poſſet
ſtare regnum ei9 cū omne regnū in ſeipſum
diuiſum nō ſit ſtabile. Quō ergo pōt dici ꝙ
ſunt tot verſus alchorani reuocati cū oībus
ſarracenis dicat liber a deo reuelat9 cuꝫ enī
vnus diabol9 non ſit alteri cōtrari9 et mīn9
vn9 angel9 alteri multo mī9 de9 ſibiipſi. Et
cū omnes ſarraceni habeant ꝓ autentico ꝙ
quedā dicta alchorani ſunt aliis contraria.
et ideo multa illoꝝ reuocata nec debeat eis
dare fides videant ſapientes ſarracenorū ꝗ
quē doctorū lex eoꝝ debet eſſe ꝓpoſita et cū
non a deo propterea que dicta ſunt. Relin-
quitur ꝗ ꝙ a diabolo magiſtro machometi
cui9 officium eſt falſa veris immiſcere. et ſicut
ī melli venenū qui a ſi ſic eſt ꝙ eſt in ſe con-
traria ꝯtentio in ea in parte exiſtente vero et
in parte mendacio dici poterit auctor ei9 nō
verax ſed mendax et ꝙ debet attendi mer-
dacium eſt multum periculoſum quia etiā
libus tam magnis et tam preiudicialibus
et dampnoſis mendaciis ſicut ſunt multa
ꝯtenta in alchorano condēpnancia animas
ſuorum credentium in ſpeciali hoc ꝙ non
obſtante quacunq; ꝯtraria ratiōe in alcho-
rano licet dicta per michaelem per gabrielē
per deū per ſuos angelos et nūcios ſapiūt
fieri guerraꝫ contra oēs qui non tenent par-
tem ſuam et non ſpecificatur hoc quid conti-
neant alij verſus reuocati in multis grauiſ-
ſimis et periculoſiſſimis. Sed cū hoc ſit cer-
tiſſimum ꝙ deus per ſua naturam non pōt
eſſe mendax. angelus bonus ſimiliter quia
confirmatus in gratiam dei. ſed poteſt eſſe
et eſt mendax diabolus et homo. Si ergo
lex machometi ſecundum dictū illius alfa-
qui et doctorū regule eſt cōtraria ſibiipſi et
ideo non data a deo nec ab angelo bono:
ſequitur concluſio ex hac ratione quadam ē
bis ſufficienti et hanc rationē facit dominus
ceſarienſis magiſter iohannes de Segobia
in tractatu ꝯtra ſarracenos. Eſt ꝗ principalis
actor alchorani nō hō ſꝫ diabol9 ꝗ ꝙ iratus
dia ꝓpria et ex ꝑmiſſiōe diuina ꝓpter peccā
ꝓpli ꝑuului incohoare ſolēpnē et efficaciter
phidiaꝫ antixp̄i qꝫ videns diabol9 fidem xp̄i
creſcere in ptib9 oriētis et ꝙ idolatria iā de-
ficiebat deuicto coſdroe rege pſarū et medo-
rū per eraclīū regē xp̄ianiſſimū et ꝙ ipſe era-
clius diſtruxerit excelſā turriꝫ ꝗ ipſe coſdroe
edificauerat ex auro et argēto et lapidibus
pcioſis et ꝙ crucē xp̄i iā tūc erat p eraclīū ex-
altata et āpli9 exaltāda et cū non poſſꝫ ipſe
diabol9 iā amplius defendere plures deos nec
totaliter negare legē moiſi et euāgeliū xp̄i quod
iā diuulgatū erat p totū mūdū cogitauit ꝓ-
fectōꝫ li gūſ qſi medie inter nouū et vet9 ſape-
mūdū et ad h̄ exeqndū aſſūpſit quēdā hoīꝫ

diabolicam nomine machometus niſi ydolatram fortuna pauperum mente ſuperbiſſimū et maleficijs famoſum vt ſup viſū ē Et quidem libencius aſſumpſiſſet diabol⁹ hominem bone fame. ſi fuiſſet permiſſus. ſicut et libenci⁹ pͥmū attemptaſſet hominē per aliud animal in quo ipſius malicia ſceleretur ꝙ per ſerpentem ſi fuiſſet pmiſſus. ſꝫ non permiſit diuina ſapiencia niſi vt talem aſſumeret et per talem hominem mundum ſuaderet vt mūdus de facili ad aduertere poſſet qualis eſſet lex data per talem legiſlatorem.

De fundamento legis machometi.

Quarta conſideracio eſt ſcire in quo fundamento firmat ſue legis fundamētum. Et patebit ꝙ nihil reale habent ſꝫ totū eſt fictum et fabuloſum et tam manifeſte mendacium ꝙ vniuſquiſqꝫ racione capax aduertere poteſt hanc legem nullius firmitatis exiſtere. Unde dicitur in alchorano in capitulo filiorū iſrahel laus cuius ſit qui tranſire fecit ſeruū ſuū ſub vna nocte ab oratorio elharā que eſt domus mea vſqꝫ ad oratorium remotiſſimū que eſt dom⁹ ſancta in iheruſalē quam benediximus. Expoſicio huius ſentencie eſt in libro q̄ dicitur arabice halma hengi quod latine interpretatur in altum aſcēdere et ideo vulgariter dicitur ſcala machometi in quo ſunt octuaginta quinqꝫ capitula in q̄bus narrat ficcionem quandā ſui aſcenſus et deſcenſus. Ex quibus omnib⁹ dicit ſimmula compilaui intentū ſuū circa ſue legis fundamentum. Dixit ergo narrans ficcionē ſuā ſic. Cum ego machomet⁹ eſſem mequa in domo mea et iacerem in lecto proprio iuxta vxorem meam poſt multam vigiliam in lege dei cogitando aliquantum dormire cepi et ſtatim venit ad me gabriel angelus q ſub hac forma ſe mihi oſtendit quia facies eius erat alba plusꝙ lac aut nix aliqua et capilli erant rubicundiores corallo multū erant. ra bicūdo habebat ſupercilia valde ampla et os pulcherrimum et bene formatum dētes quidem albos et valde claros et indutus veſtibus omni re albioribus ac ditiſſime operatis cum perlis et lapidibus precioſis cinctus erat duabus zonis auri puriſſimi earum quelibet amplior grandi palmo man⁹ ipſius rubicundior quēadmodū ignis et ale ac pedes viridiores omni ſmaragdo dixitqꝫ mihi Machomete ſurge veni poſt me ſtringens te zona et circumuoluens caput tuum atqꝫ corpus tela tua alba quia deus vult tibi multa ſue potencie ac ſecretorum ſuorū mirabilia oſtendere in hac nocte. Cum ergo ſurgerem ac venirem ad portā domus mee reſpiciens vidi ꝙ gabriel tenebat per habenas quandam beſtiam ꝙ mihi adduxerat cui nomē erat alborac que talis erat forme. Erat enim grandior aſino et paruior mulo habebat faciem hominis et omnes eius crura de perlis pectus autem de ſmaragdo caudā de rubino oculi clariores ſole pedibus et vngulas habebat ad modum camele. Hec beſtia erat zellata quadam zella ſic mirabiliter cum perlis et precioſis lapidibus operata ꝙ nullus eſt qui dicere poſſit. Multa alia dicit de ornamento huius beſtie. Sequitur et hec beſtia tota circumdata erat angelis qui cuſtodiebāt eā. Tunc dixit mihi gabriel machomete aſcende ſuper beſtiam iſtam et equita et cū appropinquarem beſtie vt equitarem noluit ſuſtinere. Et angelus dixit ei Alborac morare quiete et ſuſtine ꝙ hic equitet ſuper te quia iuro per nomē dei ꝙ nūqꝫ te homo talis equitauit adhuc nec etiam hec duranto ſeculo equitabit. Tunc beſtia illa dixit quis eſt ergo iſte. Et gabriel reſpondit et dixit hic eſt machometus dei nuncius et propheta magn⁹ et cum beſtia hoc audiret ſtatim quieta manſit et equitaui. gabriel vero mihi ſcandile tenuit ſiue ſtaffam et confeſtim alborac ire cepit ita cato atqꝫ ſuauiter ꝙ nullum os hominis hoc dicere valeret ego namqꝫ reſpiciens paſſus eius vidi ꝙ ita magni erāt ꝙ inter vnum paſſum et aliū erat tantum ſpacij quantum poſſit homo longius proprijs oculis reſpicere a remotis. Et ibat directe verſus templū iheroſolomitanū et gabriel veniebat a dextris meam. Et audiui quandam vocem hic mihi dicentem ha ha. machomete expecta me et ego nihil reſpondi Deinde vidi quandam dominā pulchriorem quā vnqꝫ vidi que mihi a victibus dulciter clamās dixit ha. machōete aliqꝫtulū me expecta et ego cū appropinquaſſē et vellet mihi loq̄ nō modicū dedignat⁹ reliq̄ eā. Dixitqꝫ mihi gabriel mō cognoſco magnā i te ſciaz fore

et dicam tibi quare ſcias ꝙ vox illa que pri
mo te vocauit erat lex iudeoꝝ et ſi reſpondiſ
ſes ei omnes tue gentes iudei facte fuiſſent
Vox vero ſc̃da lex xp̃ianoꝝ fuit cui ſi reſpō
diſſes oēs tue gētes fidei xp̃iane adheſiſſet
ſed domina illa cunctis induta coloribus
que poſtremo te vocauit eſt mundus iſte ꝙ
delicijs oībus plenus extat et q̃ expectaſti
eā ſcias vero quia gentes tue plꝰ ſolacioꝝ
pluſq̄ ceterarū habebūt ꝙ omnes alie gē
tes que vnq̄ in p̄terito fuerunt vel ſint in fu
turo ſꝫ quia dedignatus reliquiſti eam nec
ſibi reſpōdere curaſti tu magis ſine peccato
eris ꝙ fuerunt oēs alij ꝓphete bacterus vl̃
qui in poſterū ſubſequūtur quo dicto tacuit
et duxit me in templū, et poſtꝙ fuimus ad
portā templi precepit mihi vt deſcenderem ad
quēdā nigrū lapidē vbi ſoli erant ꝓphete
deſcēdere et deſcendi et cū deſcendiſſem ga
briel angelus per habenas ligabat alborac
ad lapidem p̄notatū et accipiens me p̄ ma
num duxit in templū in quo inueni oēs ꝓ
phetas ſtātes in circuitu tēpli. veniꝰ quos
deus illuc venire pro me honorādo et extra
de eoꝝ fecerat ſepulcris ſtabant quidē oēs
me expectādo erecti ſuper pedes ſuos et cū
viderūt me cuncti orōes facere ceperūt. Tūc
gabriel mihi dixit. Veni machomete et fac
orōnē pariſꝙ alij quia tu es rex ꝓphetaꝝ
omniū et cunctaꝝ gentiū. Quod audiēs
iuſſit me aū et feci duas orōnes ſans leues
Deinde erexi me ſuper pedes et ſtatim oēs
ꝓphete me ſalutauerūt gaudentes et mihi
magnū honorē cōtulerūt et amplexātes me
dixerūt mihi bona noua de maximo bono
quod deꝰ mihi p̄parauerat et meo populo
vniuerſo et pro me deinde omnes ad cū toſta
venit. Alibi dicit in .ij. libro doctrine ſue ꝙ
inuenit ibi Abrahā moyſē et ihesum filiū
marie et dicit ꝙ moyſes obtulit ſibi vnum
vas plenū vino et abrahā aliud plenum
lacte et ihesus aliud plenū aqua. Et tunc
ego ait machometus audiui vocē quādā
corā oībus aſtantibꝰ celitus dicentis mihi
Si vas vini elegeris tu cū populo tuo peri
bis Si aūt vas lactis ſubmergeris Si vero
vas aque elegeris tu cū oībus tuis ad dēū
imperpetuū dirigeris Et cū machometus
p̄dicaret hoc fundamentū in bello cunctis
aſtantibus in ꝯfirmatione ſue fictionis ad
didit moyſes erat niphus et criſpus. ihesꝰ
filius marie erat flauꝰ capillis et mediē ſta
ture et videbantur ab eius capite aque p̄ſi/
lere et tn̄ aqua nō erat ibi. Abrahā erat pro
certo mihi ſimilis. Sequit̃ in p̄dicto libro
ſcale machometi per actus ordīnis in tēplo
vt ſupra. Ecce gabriel per manū me accepi
ens duxit extra templū et oſtēdit mihi quā
dam ſcalā que durabat a primo celo vſq̄
ad terram vbi ſtabant. Erat enim ſcala illa
pulcriores ꝙ vnq̄ viſa fuerit et ipſius pe
des iuncti ſunt ad lapidem illum ad quem
deſcenderā ego primo et primus gradꝰ erat
de rubino. Secundus de ſmaragdo Terciꝰ
de perla albiſſima et quilibet alioꝝ de lapi
de precioſo iuxta naturam ſuam cum perlis
operato et auro puriſſimo tam diuiſſime ꝙ
nullum cor hominis cogitare hoc poſſit et
erat circundata angelis qui cuſtodiebāt eā.
Gabriel quoq̄ me per manū accepit et ele/
uans a terra poſuit me ſuper primū gradū
ſcale et dixit mihi. Aſcende machomete et
aſcendi et gabriel mecū ſimiliter, angeli ve/
ro cuncti aſſociabant me qui erant ad ſcale
cuſtodiam deputati et procedens per ſcalam
vidi quēdam angelum valde magnū qui
ſuper cathedram ſedēs tenebat in manu ſua
tabulam quandā que ab oriente durabat
vſq̄ ad occidentem qui vna hora tabulam
reſpiciebat et alia mundū et precepit mihi
gabriel ꝙ ſalutarem eū quia magnū tene/
bat locū corā deo. ſalutaui et ipſe reddidit
mihi ſalutationē capite ſuo et non tn̄ ore.
Et dixit illi gabriel quō non ſalutas homi/
nem meliorem de mūdo et ille queſiuit a gabri/
ele dicens. quis ergo hic ē gabriel reſpōdit
hic machometus nūcius dei noſtri. Et ille
Eſt ne ipſe iam miſſus Et gabriel dixit vti
ꝙ ſine dubio et ſtatim me ſalutauit angelꝰ
dicens valde bona noua de maximo bono
quod deus mihi preparauerat. Dixit etiā
adhuc angelus ille ꝙ ego erā alioꝝ et no
norabilior nuncijs omnibus et dixit cun
ctorum dominus populorum. Et addidit
Scias machomete ꝙ populus tuꝰ erit ille
qui in hoc mundo manebit poſterior et plꝰ
durabit quam omnes alij populi vniuerſi
quia deus multum diligit gentem populi
tui ꝙ vitam malum et faciunt quidem bo/
num et ſic ab illo expeditus. Gabriel mihi
dixit ꝙ ille erat angelus mortis. Quo
audito more verſus ipſum iui et dixi.

Ego in angelus mortis qui respondit vtiq.
Postea quesiui ab eo rogās q dicerct mihi
quomō ipse de corporibus hoīm animas
extrahebat. Qui respondit. Scias machō/
mete q ab illa hora quā. Adā, qui fuit pri/
mus hominū creatus est a deo et posit⁹ sup
terram dedit mihi de⁹ hoc officium vt extra
ham aīas de corporibus hominum vsq ad
venturā iudicij diem magnam ita q nemo
viu⁹ remaneat excepto solū deo et me. etiā
cum eodem debet namq postea deus mihi
animā meam extrahere ac ipse post modū
sine fine solus in vita perdurabili remanere.
Et quesiui ab eo quomō cognosceret q̄ aīe
iture essent in paradisum et que in infernum.
Et respondit machomete nōne vides tu q
nomina cūctoꝝ hominū qui quondam fue
runt et qui modo sunt et erunt vsq in finem
presentis seculi omnia in hac tabula scripta
parent. Et etiam mora quā habitur⁹ est ip
soꝝ qui libet nec non et bonum et malum q̄d
deus iam illis p̄parauit iuxta meritum sin
gulorum. et ideo bene scio qui coꝝ in para/
disū et qui in infernū sunt ituri. Narrat etiā
sibi modum quō mitti angelos bonos pro
bonis et malos pro malis et quō extrahit
animas bonoꝝ cum dextera et animas ma
loꝝ cum sinistra. Sequit̄ et prosequens inde
vidi alium angelū ita magnum q tenebat
caput suū supra celum et pedes eius in abis/
sum q fact⁹ erat ad modū galli cui deus ostē
derat omnes horas quibus fieri orationes
debebant. Nam cū tempus erat orandi ve/
niebat quedam vox de celo dicens tu crea/
tura que deo es obediens precipio tibi q
laudes deum et mox ille angelus alta voce
dicebat benedicatur deus rex sanctissimus
angeloꝝ et animarum et creaturarū omniū
quo dicto galli qui sunt in terra hoc audien
tes ↄfestim cantabant omnes et deū cantā
do laudabant dicentes in cantib⁹ suis vos
omnes qui obedientes estis deo surgite et
laudate ipsum qm̄ ide͂ potens est sup oēs
res et ipse fecit eas etiā et creauit. Et p̄ced⁹
inde vidi quendā alium angelum cui⁹ me/
dietas erat ignis et medietas niuis nec tn̄
ignis destruebat niuē nec ↄtra qui etiam
laudabat deū orans q fiat in eo ↄiunctu/
ra ignem et niuem sic iungeret corda gen
tium que sibi obedientes essent. Et p̄cedēs
inde vidi aliū angelum ita magnū q eius

[illegible]

magnitudinem dicere non auderē salutaui
eum sed ipse in orōibus ↄsistens non mihi
respondit dixitq sibi gabriel. Quare nō sa
lutas meliorem hominē vniuersi seculi. Et
ille quis est ille de quo dicis. Et gabriel an
gelo hic est machometus quē vides. Et ille
Est ne ipse missus adhuc. Et gabriel respō
dit vtiq vere. Et ecce statim angelus ille ac
alij quos primo videram salutauerunt me
et dixerūt mihi valde bona noua de mario
bono quod p̄parauit mihi deus. Et p̄ced⁹
inde vidi aliū angelū mirabili mō magnū
qui sedebat sup sedē et tenebat intra man⁹
suas pilam q maximam cū quasi ipse solū
visum totum dareꝫ celum destrueret atq ter
ram et cum gabriel pilā respiceret eandem
statim plorare incepit. Et dixi ei. Cur plo/
ras. Et ille machomete Dic angel⁹ thesau/
rarius est inferni. Quo audito iui vers⁹ eū
et ipsum salutaui Veruntamē ipse mihi nō
respondit Gabriel aūt dixit quō non respō
des meliori hominū q vnq fuerit adhuc
missus Et respondit sicut supra dictum est
de alijs Et addidit q illi qui de populo meo
in inferno extiterint minus penarum habe
bunt q alij vniuersi et rogaui eum vt mihi
diceret quō infernus factus est et statum sic
mihi narrare incepit Scias machomete q
quō infernus primo factus est de⁹ fecit ac/
cendi ignem super eum septuaginta milib⁹
annoꝝ quousq factus est tot⁹ rubens igne
illo. Postea vero super illū ignem fecit sup
accendi per tantūdem temporis aliū donec
totus factus est albus et post hunc ignem
fecit adhuc aliū superaccendi similiter per
alia septuaginta milia annorum ita q tot⁹
niger factus est et plus q aliqua res obscur⁹
ignis aūt iste semp in seipso ardet mirabili
modo fortiter sed tamen flāmā aliam non
emittit. Quesiui iterum ab eo similiter quō
facti sunt angeli inferni et quam vitam du/
cunt Et respondit scias q de⁹ creauit eos oēs
de igne et sunt in igne nutriti et si hora sola
de igne exirent subito morerentur nec possēt
sine igne viuere sicut nec pisces causā sine aq.
Et similiter creauit eos deus mutos et sur
dos et misit in corde ioꝝ tm̄ durantem et cru/
delitatis q hoc nemo recitare valeret nesciūt
enim quicquid aliud facere p̄terq torquere
crudeliter et affligere peccatores et ideo fecit
eos de⁹ mutos et surdos ne audirēt voces

ſeu lamenta peccatorum̄ cum ipſos affligunt
Et ſimiliter ſunt eos ita crudeles ꝙ ſi forte
videant peccatores aliqua ſigna humilitatis
oſtendere ipſi neq̨ de peccatoribus neq̨ de
ſolo humilitate curam habeāt aut vllā etiā
pietatem. Nam preter penam ignis inferni
quā ſuſtinent peccatores habent penā aliā
valde crudelē quia angeli qui ſunt ibi ma
gnus malleis ferreis torquent et malleant
inter peccatores ꝓpter magnā crudelita
tem que in eis eſt. ſicut in alchorano loquit
tur deus dicens miſimus quidem in infer-
num angelos noſtros fortes et duros atq̨
crudeles vt noſtra mandata faciant et obſer
uent. Sīt quoq̨ nobis obediant in omnib⁹
que mandamus et cū theſauramus mihi
hec omnia retuliſſet ego et gabriel ab eo reſ
ceſſimus timore pauefacti nō modico.
Et vltra ꝓfecti ſumus quouſq̨ venim⁹ ad
primum celum et hoc dicitur celum lune
quod totum erat ferreum et habebat tantū
ſpiſſi in ſoliditate quantū poſſit homo ire
in quinq̨ annis et tātūdē ſpacij erat inter
ipſum et aliud ſecundū celum Gabriel aūt
pulſauit ad portā et ſtatī venit ad nos qui
dam angelus ita magnus ꝙ ipſe in longi
tudine habebat ſpaciū itineris hominis ꝑ
mille annos et tantūdem in latitudine. vi-
dimus etiam portas celi q̄ mirabiliter pul
chre erant et multos etiam angelos cuſtodi-
entes eos qui erant valde bene ac diuiſime
poratı. Tunc gabriel venit ad vnam por-
tarum vt intraret quod cū vellet facere q̄dā
angelus dixit ei. gabriel quid vis et quis
eſt tecum. Qui reſpondit mecū eſt machom
metus ꝓphetarum ſigillū omnium cunctorū
hominum nuncius et volumus ibi intr⁹ in-
trare. Hoc audito mox nobis porte aper
te ſunt et intrauimus et cum introiſſem⁹ omnes
angeli qui erant ibi ſalutauerūt me et dixe-
runt mihi valde bona noua de quibus nō
modicum ſum gauiſus. Et reſpiciens vidi
ꝙ ipſi habebant facies hominū et corpora
ad modum vaccarū habebant etiā ad mo
dum aquilarum alas et erant ibi angeli nu-
mero ſeptuaginta milia quorum quilibet
habebat ſeptuaginta milia capita et quili-
bet caput ſeptuaginta milia cornua et quoli-
bet cornu ſeptuaginta milia nodorum et
inter vnum nodum et alium erat ſpaciū iti-
neris hominis per quadraginta annos. Vidi
adhuc plus ꝙ in quolibet predictorum ca
pitum erant ſeptuaginta milia facierum et
quelibet facies habebat ſeptuaginta mi-
lia orum et quodlibet os ſeptem milia
linguarum. et quelibet ex linguis illis fa-
bat ſeptem milia loquelarum et etiam lau-
dabant deum ſeptuaginta milib⁹ horarum
in die. Vidi etiā inter angelos illos duos
homines ſedentes ſuper duos ſedes claritatis
qui nimis pulchri erant tam ſtatura cor
porum ꝙ facierum forma habebant enī ca
pillos ſuos omnes albos ad modū niuis
et barbas etiam magnas in eundē modū
albas et veſtimenta ipſorum erant ita albiſ
ſima ꝙ vix poterat homo reſpicere ipſa. Nā
circa ipſorum capita valde maximam cla
ritatem habebant. Et queſiui a gabriele q̄
illi eſſent. qui reſpondēs ait. Scias machō
mete ꝙ ille qui ſedet in inferiori ſede vocat
iohanna ibin zacharia quod interpretatur
iohannes filius zacharie. Eſt enī hic ex dei
prophetis vnus. Ille tamē alius qui ali⁹
ſedet vocatur. yſa ibin mariem quod inter-
pretatur iheſus filius marie. Hic enī ihe⁹
ſpus dei eſt et ipſius etiam genitus verbo
fuit. Quo audito ut ver⁹ eos et ipſos etiā
ſalutaui. Ibidem tandē queſierunt a gabri
ele quis ego eſſem gabriel autem nomen
meum dixit eiſdem ac ipſi cōfeſtim ſaluta-
uerunt me et dixerūt etiā mihi valde bona
noua de magno bono quod deus mihi ꝑ
parauerat. Quib⁹ viſis ꝓceſſimus inde quo
uſq̨ venim⁹ ad ſcdm celū quod totū erat
ereum et habebat in ſpiſſo tantū ſpacij quā
tum poſſet homo ire in quingentis annis
et tantūdem inter ipſum et aliud celum erat
Gabriel vero pulſauit ad portā et ſtatī ve
nit ad nos quidā angel⁹ qui aperuit nobiſ
ca et hic angelus ita magnus erat ꝙ tene-
bat caput ſuum vſq̨ ad celū ſeptimū et pe-
des ſuos etiam vſq̨ ad fundū terre Hic nar
rat ꝙ vidit angelos qui ſeptuageſies mille
fies habebant maiora corpa q̄ habuerunt
alij angeli quos viderat in alio primo celo
et quō ſalutauit eos et q̄liter ipſi precognito
ſuo noīe ꝑ gabriele ſalutauerit eū ſicut ſup
dictū eſt. Narrat etiā ꝙ vidit inſ eos ioſeph
filiū iacob etate ſenē et ſedentē in claritatis
ſede quē cū ſalutaret et a gabriele cognoſce-
ret ꝙ eſſz machomet⁹ dixit ꝙ ipſe etiā ſaluta
uit eū et dixit ei bona noua etc. Profecti er

po unde peruenerunt ad tercium celum quod totum dicit eſſe argenteum et q habebat in ſpiſſo ſpaciū itineris hominis per quingentos annos et tantūdem erat inter ipſū et quartum celum. Narrat hic quō vocante ad portā gabriele venit ad eos quidā angelus ita magn⁹ et fortis q ſi aliquis poneret ſuper palmā eius totū mundū cū omnibus que in eo ſunt nihil inde ſentiret Dicit etiam q vidit ibi angelos valde magnos habētes facies vaccaꝝ et manus clamantes ordinati per acies circa ſtrices et coniūcti q homo non poſſet ſolū pilū mittere inter eos et quomō eos ſalutauit vt ſupra. Dicit etiā q vidit inter eos enoch et helyā ſedentes ſuper ſedes clamantes et quō gabriel notificauit eis nomen machometi et ipſi ſuo nomine audito qualiter eū ſalutauerūt vt ſup. Peruenientes ad quartū celū dicit q erat totū de auro puriſſimo et q habebat tantum de ſpiſſo quātū homo poſſet ire in quingētis annis et tātū inter ipſū et aliud quintū celū Dicit etiam q pulſante gabriele ad portā venit ad eos vnus angelus qui ita magn⁹ erat q ſuper pollicē dextre ſuſtinen⁹ tenebat oēs aquas dulces et ſuper pollicem ſiniſtre amaras Dixit iterū q vidit ibi ſeptuaginta milia angeloꝝ qui oēs habebant facies aquilarum et eorum quilibet ſeptuaginta milia alarum et quelibet ala ſeptuaginta milia pennarum et quelibet penna in longitudine habebat ſeptuaginta milia cubitoꝝ inter quos dixit ſe vidiſſe aaron ſedentē in ſole clamantē diademate ſplēdido coronatum et quō ſalutauit eum vt ſup. In quinto celo quod dicit totū eſſe de perla et habere tantū ſpaciꝫ in ſpiſſo ſicut eſt itineris hominis per quingentos annos et tantūdem inter ipſum et celum ſextum vocante gabriele aſſerit q venit ad eos quidaꝫ angelus qui totus erat de igne et habebat ſeptem milia brachioꝝ et in quolibet brachio ſeptem milia manuū et i qualibet manu ſeptē milia digitoꝝ et q quilibet illoꝝ digitoꝝ laudabat deum ſeptē milib⁹ botarū in die. Dicit etiam ſe ibi vidiſſe multitudinem angeloꝝ quoꝝ facies erant ad modum vulturum et quomō ſalutauit eos vt ſupra Et inter eos narrat ſe vidiſſe moiſē pulcherrimū ſup ſedē clamantē ſedētē et quō ſalutauit eū et qualiter cognito eo⁹ noīe a gabriele eis de Saas machomete q de⁹ te vult et pplm tuū multis tormētis et nō paucis cruciib⁹ oner aūt roga ipm vt alleuiet ea qdi q pplus aliter ſuſtinere nō poſſꝫ. In ſexto celo dicit totū eē de ſmaragdo et habere in ſpiſſo quīgētoꝝ annoꝝ et tantundē inuenit inter ipm et ſeptimū celū. Narrat etiā q gabriele pulſante ad portā venit ad eos quidam angel⁹ qui ſeptuageſies maior erat q aliquis ex aliis quos primo viderat et q talis erat ei⁹ magnitudo q ſi ipſe vellet facere celū abſorberet atq terrā ei nullū pe pſentaret. Dixit etiam ſe vidiſſe ibi angelos q ſeptuagies maiores erāt ab oib⁹ prius viſis et q oēs erāt de ſmaragdo et perlis et cherubims auro et argento ſemicis et equi⁹ gabrielis erat ſimilis ſur Dixit q ſalutauit eos et ipſi noie ſuo a gabriele cognito eū ſalutauerūt cū eis et inter eos ſe dixit vidiſſe. Abrahā v mauillatus fulgentē plus q ſol. et quatauit eū et ipſe a gabriele cognito ei⁹ noīe dixit q ſalutauit eū et dixit ei inter cetera Saas machomete q de⁹ multū te diligit ac te in ſ alios nuncios ſuos ſcollegit re in valde pplm tuū omat deo nā q paradiſus toti⁹ eſt plen⁹ hiis verbis zogbay balla bille diſſe balla qđ int ſit honor et laus deo et ſibi gratia reu qi nō eſt deus ali⁹ preter eū nec eſt vir poteſtas aliqua niſi ipſius dei altiſſimi magni et dixit q rogauit eū abrahā ueret pplꝫ ſuū et diceret frequēter verba et q diceret etiam populo ſuo q mu radiſi ſui de auro puriſſimo et menia ro puro et calce de muſto et q hic paraꝑparatus ſibi et oīb⁹ credētib⁹ et te lege eius. In ſeptimo celo quod totū eē de rubino clamāte et rubicūdo et habere in ſpiſſo iter quingentoꝝ an et tantundē inter ipm et octauū celū. rat q pulſante gabriele ad portaꝫ ve eos quidā angelus que nemo qualit recitare valeret niſi ſolō de⁹ qui ipm creauit Dixit etiā q cū introiſſet vidi dā angelos quoꝝ magnitudinē et fo recitare nō audet qz de⁹ ſibi inhibuit eū viuentes reuelaret dixit tñ q habeb oculos clauſos ad deū et laudabāt et q ſuit vnus inter eos vn⁹ qui erat mocade qđ interp̄taꝫ arabico eloqo

ille qui vocat sarracenos cū orōes suas fa-
cere debēt et tā cito cū surrexit ad orationes
vocare ſcem dicēs balla buba kebar quod
interpretat magnus est de9. Post hoc autē
dixit le bille balla illala qd interpretat nō ē
de9 ali9 nisi de9. Dixit etiā adhuc haysedu
le balla billa la. qd interpretat testificamus
similiter machometū nunciū dei esse. dixit
etiā postea haya lasala habya lalphala qd
interptatur venite ad orōes vestras et ad
pcatum vestrū et dixit q ipse fecit simul cū
illis angelis duas orōes parvas et gabriel
dixit sibi qd de9 pfecerat eū super oēs alios
nūcios et sup oēs quos viderat septē. celis
supius enarrans. Dixit etiam q inter illos
angelos vidit adā senem in sede clarentis
sedentē coronatū corona clarentis purissi-
me et quō cū salutavit et adā eius cognito
nomine a gabriele qualiter etiā ipsum salu-
tavit et inter cetera dixit Sedas machomete
tu q pater es filior meor q paradis9 claus9 ē et
q neq pphetā neq hō alius introibit quo-
usq tu ibi sis et popl9 tuus statuit quoq
dñs ita esse. In octavo celo quod dicit tota
esse de uno topasio pulcherrimo ad viden-
dum mortalibus incognito qd habebat in
spatio iter quingentor annor Narrat q pul-
sante gabriele ad portā venit ad eos quidā
angelus declaratior cu9 claritas sept-
agies milies maior erat q claritas solis et
q habebat angelus ille septuaginta milia
capitū et quolibet caput septuaginta milia
facier et quelibet facies septuaginta milia
oculor et quilibet ocul9 septuaginta milia
pupillar et quelibet pupilla tremebat sep-
tuagies hora in die timore dei metu dixit
etiā q vidit ibi alios angelos qui erāt sep-
tuagies milies maiores oibus aliis supra
dictis et vidit ibi quasdā kortinas que se-
parabāt inter angelos et deū numer autē
illor angelor dicit q nemo novit nisi sol9
deus. Item9 dicit q intraverūt primā se-
parationem kortinar que erāt septuaginta
et venerūt ad aliā separationem aliar sep-
tuaginta diversor color et sic de septuagin-
ta in septuaginta quousq pvenerunt ad alti-
us septuaginta separationes que oēs de p
lis. Et dixit q invenerūt alias septuaginta
separationes aque et tondes nivis et tondē
grandinis et tondē nebular et tondē tenebra-
rū et tondē ignis et tondē claritatis et tondē
glorie dei et tondē celor oīz quos hō cogita-
re valeret et iste oēs separatiōes erāt tot an-
geli q a nemine posset dici numer9 eorūdē
qui nunq laudare deū cessabunt circa eas
eūdo et veniendo et dixit q ibi reliqt cū ga-
briel solū et q assumpto vigore cordis tran-
siuit omnes illas separatiōes quousq pue-
nired illā que erat gloria dei et q cū ibi ap-
propinquasset audivit vocē quādā dicentē
sibi hagoperodē ya. ab ibi ya muhagmeh
qd interpretatur appropinquate mihi ami-
ce machomete. Et dicit q hoc audito appro-
pinquavit sibi magis. et q audivit vocem
aliā illud idem sibi dicentē et ppinqu9 ac-
cedens audivit illud idem hoc supaddens
Sedas machomete q tu es apd me magis
honoratus q oēs alii nūcij et magis ex-
altatus etiam q omnes alie creature quecu-
q fecerim sive sint angeli homines aut diabo-
li. Et dixit q mox appropinquās tm pfe-
ctus est q inter deū et ipm nō erat nisi spa-
cium duar balistar et q tūc salutavit deū
et de9 eū. Et quod de9 quesivit ab eo quō
papulus suus faciebat et qd ipe rńderat qd
erant multū sibi obedientes et quod deus
sibi dicat Machomete papio tibi quod fac-
as populū tuū ieiunare sexaginta dieb9 an-
no quolibet et orōes quinquaginta facere
omni die quo dicto dicit qd recessit a deo et
rediens invenit gabrielē et respiciendo mi-
rabiles mōsionē dei dicat qd vidit cathedrā
dei intra q erant iiij. elementa et utrūq se-
culū et paradisus et etiam infernus et celū
et terra que omnia creaverat deus intra ca-
thedrā illā. Dixit etiam quod habebat. iiij.
pedes quor quilibet habebat septuagies mi-
lies plus longitudine q sit a celo usq ad
terram et quod illam cathedrā portāt in hu-
meris suis iiij. angeli quor quilibet habet
iiij. facies scz ante et retro et a dextris et a si-
nistris et una facies erat hominis alia aqle
alia leonis et alia thauri et corpora eorum
plena oculis et quod in fine mundi angel9
existens in figura hominis rogabat deū p
hominib9 ut misereat eis et peccata dimit-
tat. Ali9 existens in figura aquile rogabat
deum p avib9 alius existens in figura leōis
rogabat p bestijs silvestribus et existēs in
figura thauri pro bestijs domesticis Innu-
merabilia fatuissima narrat de septem para-
disis quos narrat se vidisse inter q dicit q

ille qui eſt in inferiori gradu ſuperioris paradiſi habet ad opus ſuū per officſ partes circa ſe tantū ſpacij quātuz homo poſſet ire in quinq; centū annis et q; donat ei deus quingētas feminas in vxores et iiij. milia virginū et octo milia aliaꝝ que nō ſunt virgines ad ei ſeruiendum in omnibus rebus ſuis et q; quolibet die venit ad eos quidaz angelus qui dicet eis centuz alphobiꝰ que ſunt velud panni aurei ad veſtiendū et poſt multa dicit q; relinquerūt eū gabriel et cū duabaz theſaurarius paradiſi et iterū rediit p candem viā ad deum et q; tunc deus dederat ei librū alchorani quez accepit de manu dei et dicit q; abſtulit deus viſuz ob oculis eius et reddidit cordi et q; ſic vidit euz et q; ipſe deus poſuit manū ſuam ſup caput ſuū ita q; ipſius manus frigiditatē in corde p ſenſit et q; mox ei dixit faciciam docuit et q; ſciuit omnes res que fuerunt hactenus et q; impoſterꝰ ſunt future et dicit vlterius q; rogauit deum vt alleuiaret ſupradictas quinquaginta orationes populo ſuo nō auſus erat aliquid dicere o celeſtino ne ſibi reputaretur gulioſitas et q; deus amore ſui alleuiauit eas deducendo ad quinq; orōnes q̄s diceret popūlꝰ machometi omni die ſic q; tres de die et due de nocte dicerentur et q; vnꝰ almocaden vocaret ad dicendū eas et cum vocaret q; mitteret digitos ſuos vbi decet ſequitur q; pecijt licentiam a deo et receſſit et cū veniret ad celum vbi erat moyſes enarrato ſuperioribus de alleuiatione orōnū z dicit q; eius conſilio iterū rediit ad deum pro alleuiatōne ieiunij ſexaginta dieꝝ et primo reditu obtinuit decez dies. Secundo alios decem. Et tercio alios decē quouſq; non remanſerunt niſi xxx. dies et ſic dicit q; pre verecundia non fuit auſus amplius redire ad deum. Et finaliter poſt enumerata alia mendacia que ꝓpter vitandam ꝓlixitatez omitto dicit q; gabriel reduxit ipm ad ſcalam p q̄ aſcendit et q; deſcenderūt ſimul vſq; ad lapidem ꝑnotatū. et q; equitauit alborac expeditus a gabriele. et venit ad domū ſuā et inuenit vxorē ſuā in lecto que adhuc dormiebat cui enarrauit omnia que ei acciderant. Et poſtmodum predicauit eadem in mecqua pūbꝰ ſuis carorſis et alijs gentibꝰ. Hec pauca ſunt collecta ex maximo pelago mendaciorꝰ ꝑdicti libri qui dicit ſcala machometi Alibi legit q; cum p̄dictā viſionē narraſſet machometus gentibus vnius ſui milis gētibus. Sexaginta milia hominuz cognoſcentes fictionē a lege eius recciſierūt et eū dicerent ei aſcende in celum de die nobis cernentibꝰ et videamꝰ angelos occurrētes nō recognoui falſitatē ſuam. ſi ait laus deo meo nunq̄d aliud ſum ego quaz vnus hō et nūcꝰ. Ecce viſū eſt fundamētū legis machometi. Vere hec ſola fictio viſiōis oꝫ ſufficere ad ꝯfuſādū quicq̄d machometus fecit. Nā non ꝑmiſit eis ꝯſiliarius mētiri niſi ita manifeſte vt homo diſte aduerteret fictionem nec inde rēꝓbatione ꝓpter claritatē ſue falſitatis nō ſolū apō theologos ſ etiā apud naturales ꝓhos q̄ vero nō vt homines ſi vt beſtie viuūt in volun ccatate deliceas carnis ſequētes velociſſime curſu in dampnatōis papetuū miſerabiliter cadūt O infelix homo innumerabiliū animarum dāpnationis cauſa. O rabies ambitionis et lucure maledicta machometū decepiſti vt alios deciperet. O dei ꝑmiſſio et iudiciū abſconditū et tam ſpurcaſſimo atq; beſtiali homini et tā aꝑtis mendacijs homines firmiſſime adhererēt etiā vſq; ad mortē. Ipſe eñ ſeducit aliquo modo plus quā angelū aliq̄ñ celū nunciū aliq̄ñ q; pro angelis intercedit et quō potuit tot angeloꝝ ſplendores ſuſtinere in celis qui dicebat q; q̄ñ apparebat ei angelus gabriel ſemper cadebat in terrā et ſpumā os agitabat et inturuabat turmanꝰ et pedes eius. Nec eñ in predicta viſione dicit ſe raptū ſicut fuit paulꝰ. ſꝫ dic q; aſcēdit ſimul in corpore et anima cuius ſignū eſt vt ſup patuit quia dicit q; deꝰ tetigit eum manu ſua et ſenſit frigiditatē eius vſq; ad medulā ſpine dorſi eius et vſq; ad cor. ergo deum et angelos ponit corporaliter dimenſuraton que eſt hereſis dānata vt ſupra patuit libro iij.

De ꝯcordia et diſcordia legis machometi cū lege xpi in omnibus fidei et in ꝑceptis.

Vinta ꝯſideratio ē ſcire in quo ꝯcordāt et diſcordāt lex xpi et lex machometi quo ad articulos fidei et precepta. lex eñ xpi que excellentiſſima ē vt fuit declaratū libro primo nō inordinata ē in ſuis credibilibꝰ nec in ſuo proceſſu ſicut eſt lex ma

cho neti. et quā ſatis conſiliatur nō eē a deo ꝙ ꝗ a deo ſūt ordinata ſūt vt dicit appl's ad ro xiij ſiue ī opibꝫ nature et ſacris ſcripturis ꝓcedibꝫ inuenī qꝛ cū lex moiſi data a deo ſuit ordinatiſſime incepit a creatōe mūdi Deīde ꝓſecut9 ē ordinem tempis et hiſtorie vt patꝫ euilibꝫ ſtudēti ꝑ totū pentatheucū ꝓphe etiā in ſuis ſcripturis ordiāte ꝓceſſerūt etiā ordīe tēpis oſtēdentes quo tempe vel ſub qui bus regibus ſemper etiam ſeruātes ordinez hiſtorie vel ad minus ordinē materie euāgeliam etiā xp̄i ordinatiſſime ꝓcedit ordie tempis et hiſtorie et materie deīde etaꝫ vi ta et doctrina et miracula xp̄i. In alchora no aūt null9 ē ordo nec temp9 qꝛ ñ dicit ſub quibus regib9 vel quo tempe nec ibi ſeruatur ordo hiſtorie. Nā p̄mū capitulū a quo incipit dicit rubrica vel apcio libri in quo ſine dubio ꝯueniēter ſcripſit ad orōē et laude dei ſꝫ i mediate poſt breuē orōēꝫ ꝓſequitur ꝙ9 et ē capitulū ſcḋm ac vacca ruffa quā immolauit moiſes cui9 hiſtoria ē in leuitico. Terciū capitulū eſt de familia noſtra qui fuit pr̄ moiſi et aaron. et ſic ſequitur. Quartū capitulū de mulierib9 et ſic de alijs ita inordinate ꝙ nō eſt homo in mundo qui poſſit de ordine hiſtorie et capituloꝝ reddere racionem. nec ibi ſeruatur ordo materie. nam nūquam vnam materiam ꝓſequitur ordinate ſed ſtatꝫ de vna materia ſe transfert ad alteram omnino extraneam rectē ſicut arrepticius nec etiam ibi ſeruatur ordo argumētorum vel aliaꝝ probatōis ſed tota doctrina eſt ex ſuppoſitione et ponit vnaꝫ propoſitionem per ſe veram et ex illa concludit quandam aliam que nihil habet facere cū ea ſicut frequentiſſime dicit ꝙ deus eſt excelſus et bonus et alchoranū eſt lex ſaluationis et ꝙ deus eſt deus et ꝙ nullus eſt alius niſi de9 et machomet9 eſt ꝓpheta verdic9 ſeru9 dei et ꝙ nullus eſt deus niſi deus. Sꝫ que ſit iſta ꝯcluſio ꝙ machomet9 eſt verdic9 ſeru9 dei et ꝙ de9 eſt de9 et ſic de plurib9 alijs dictis inordinatiſſimis ꝗ cauſa breuitatis omitto. Sic igitꝰ lex machometi diſcordās in ordine a lege xp̄i ꝙ vt clari9 videaꝛ et ante ſit aliqua ꝯcordācia inter eas ad ordinatiſſimā ſeriē articuloꝝ fidei xp̄iane deſcēdo vbi notādū ꝑ ambula p̄mittenꝛ. P̄mū ē ꝙ articulus in ꝓpoſito nihil aliud eſt ꝗ̄ veritas de uatura diuina cū gra ſcḋꝫ hugonē de ſācto victo

re. et hec notificacio datur de articulo ſtricte et ꝓprie ſūpto. put trahiꝛ ad p̄tes ſimboli appoſtoloꝝ cuiliḃz eīm articulo ꝯuenit et ē ſenſus Articul9 artat nos ad credendū de deo nō ſolū que diuntꝛ de deo per naturā vt credo in deū patrē oīpotentē hoc eīm ad naturā diuinā pertinꝫ ſꝫ etiā que p graꝫ dicuntur vt qui ꝯcept9 eſt de ſpūſancto hoc eīm pertinet ad grāz vniſens9 eſt articul9 eſt veritas de deo ꝑtinēs ad naturā et grām Scḋm ꝑ ambulā eſt ꝙ ſimbolū ſcḋꝫ naturalē philoſophiā diciꝛ ꝯueniēcia Sic igitꝰ ꝓpter ꝯueniēciā intellectuū in veritate vna et ꝓpter ꝯueniēciā appoſtoloꝝ ſiue patꝝ in ſimbolo ꝯponēdo ac etiā ꝓpter ꝯueniēciā ſcripturaꝝ ex quaꝝ aggregatōe factū eſt nō immerito ſimbolū ſidei appellaꝛ a ſin ꝙ eſt cō vel ſimul et bole ꝙ eſt ſentēcia quaſi ſentencia multoꝝ ſil' Scḋm qꝛ ita ſunt ſimbola opoꝛꝫ cauſas inſtitutionis aſſignare Vñ cauſa inſtitutōis ſimboli apploꝝ fuit ſidei inſtructio reſpectu credēdoꝝ ad ſalutē neceſſarioꝝ. Cauſa vero ſimboli athanaſij fuit errorꝫ excluſio propter multiplices errores pullulātes Ratio aūt ſiue cauſa ſimboli patrū fuit ſidei explanatio circa dubitatōes emergētes. Itē ſimboluꝫ appoſtoloꝝ ſubmiſſe diciꝛ vt ſtat9 appoſtoloꝝ et fideliū primitiue eccleſie rep̄ſenteꝛ qn̄ appoſtoli et fideles nō audebāt fidē xp̄i vl' quecūq ꝙ ꝯſiteri in manifeſto Simbolū vero athanaſij in prima cātaꝛ vt deſigneꝛ ꝙ fides ē prima mētis illuſtratio Sꝫ ſimbolū patrū in miſſa cātaꝛ vt in ꝯfeſſiōe fidei et deuotione ꝑpareꝛ ad receptionē dñice corporis cui9 participes ꝑ fidē efficimur Tercium eſt ꝙ ſi habeaꝛ reſpect9 ad ea ꝗ credēda ſunt radicaliter articuli fidei ſunt xiiij quoꝝ ſeptē ſpectāt ad diuinitatē et ſeptē ad humanitatē et hec ſignata ſūt Apoc primo in ſeptē ſtellis et ſeptē cādelabris aureis in quoꝝ medio filij9 hoīs ābulat Sꝫ ſi habeaꝛ reſpect9 ad eos qui ſimbolū p̄mū ediderūt tūc fidei articuli ſunt xij iuxta numeꝝ xij appoſtoloꝝ qui ſācto ſpū edocti nō eſt dubiū aliquid potuiſſe latere de hijs ꝗ ſpectāt ad fidei ꝯplemētū et vt maiorē haberēt firmitudinē ſinguli appoſuerūt ibi ſuas p̄ticulas et oēs uniuerſi ſingulas approbauerūt. et hoc fuit vt vna eccleſia ꝗ ſup appoſtolos fundata debebat haberet vnā fidei credulitatē ꝗ fides catholica diceretꝛ hec ē fides vniuerſa

tis et ab vniuersis appostolis qui erant fundamentū ecclesie vniuersalis et hoc ante dispersionē. Et ideo quia paulus et barrabas electi fuerunt ad apostolatū post dispersionem appostoloꝝ sine diuisionē ad pdicandū dū sicut patet actuū xiij in simbolo nihil apposuerunt. et sicut xij appostoli sunt xij fundamenta ecclesie vniuersalis sic xij articuli fidei sunt xij fundamenta muri ciuitatis iherusalem superne quasi xij lapides preciosi quos enumerat beat' iohannes in apoc. xxj dicens et murus ciuitatis habēs fundamenta xij et in ipsis xij nomina xij appostoloꝝ. Sequit' fundamentū primū iaspis etc. et isto ordine psequar in declaratione articuloꝝ et in conferencia concordancie legis et discordancie legis xpi et machometi.

De primo articulo fidei et de cōcordācia et discordācia sarracenoꝝ cū xpianis in eodē.

Eptuageſimumquintum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa idem tempus. Tunc enim tempore yemis venerũt ſarraceni in multitudine grani vt caperent et frangerent ciuitatem pampilone. Rex autem ſancius nauarre ſtabat tunc vltra portus qui dicitur deroncas valles et cum ſciuit doluit vehementer et collecto exercitu ſuo diſpoſuit ſe magno periculo propter niues magnas que erant in partibus illis. Et cum vidit q; aliter tranſire non poterat fecit abarcas de corijs crudis loco ſotularium pro ſe et pro omni gente ſua et ſic tranſiuit portus de nocte ſine aliquo damno. licet cum magna pena et periculo. Et propterea dictus fuit poſtmoduꝫ rex ſanciꝰ abarca. Cum ergo fuit mane apparuit ſubito irruens ſuper ſarracenos qui obſeſſam tenebant ciuitatem et tot interfecit ex eis q; vix remanſit qui poſſet renunciare in partibus ſuis que acciderent ibidem. Iſte rex ambulans cum ſuis abarcis fecit multa bella cum ſarracenis et conquiſiuit multa loca in celtibena et in carpentania que vſq; in hodiernum diem dicuntur domſancij abarca. Regnauit xxv. annis et ſucceſſit ei in regno nauarre filius eius donus garſias tremeroſus ſic dictus quia cum ingrediebatur bella tremebat valde in principio licet poſt ingreſſum eſſet fortiſſimus miles qui dictus fuit abarca ſicut pater. Quo mortuo ſucceſſit ei in regno filius eius dictus ſancius maior. Duxit in vxorem dominam elniram filiam comitis ſancij caſtelle ex qua habuit duos filios quorum vnus fuit dictus donus garſias et alius donus fernandus. Quorum pater non remanente prole infantiſ garſie filij comitis ſancij caſtelle cepit comitatũ caſtelle ex parte vxoris ſue. Et ipſo mortuo donus fernandus filius eius qui duxerat in vxorem dominam ſanciam ſororem regis legionis doni beruudi de quo ſupra dictum eſt de eius conſenſu in eius nuptijs ductus eſt rex caſtelle. Rex autem predictus donus beruudo regnauit in regno legionis decem annis et mortuus eſt in quodam bello quod accidit ſibi cum predicto rege fernãdo et fratre eius rege garſia nauarre quod bellũ fuit celebratum prope Carrionem in quodam loco qui dicitur nantada in valle tamaron ſicut plenius ponitur in generali hyſtoria hyſpanie. et ſepultꝰ eſt in ciuitate legioneñ cũ vxore ſua domina Therafia. Quo mortuo predictus rex fernãdꝰ collecto exercitu ſuo iuit legionem et obſedit eam et finaliter recepit eſt in regeꝫ legionis quia ei pertinebat et ſic coniuncta ſunt iſta duo regna et ipſe dictus rex caſtelle et legionis et vocatus fuit rex fernandus magnus.

Vincunt chriſtiani et capiuntur quinq; reges ſarracenorum per rodericum

Eptuageſimumſextum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini Milleſimo. xvi

Regnante in regno caſtelle et legionis ſupra dicto rege fernando magno Tunc excitauit deus quendam virum ſibi dilectū et armis ſtrenuum dictum rodericum de viuar. Iſte fuit filius cuiuſdam nobilis militis qui dicebatur Nunius laynes quē genuit ex vxore ſua legitima teraſia Nunioris filia comitis Nunii aluaros de maya. lz aliqui alia aſſerant tamen hec eſt veritas ſicut patet in cronica predicti regis fernandi magni. Cū ergo ingrederentur eo tēpore quinqȝ reges ſarracenorum vt percurrerent caſtellam tranſierunt ſuper ciuitatem burgeñ. ad montes doca et percurrerunt ville foratum et ſanctū dominicum de la calſada et lucromū et nayeram totamqȝ illam terrā et extrahebat magnam predam captiuorum beſtiarum gregū et armentorum. Cum ergo ipſi irent cum tā grandi preda predictus rodericus conuocauit totam illam terram et dedit illis ſaltum in montibus doca. bellauitqȝ cum eis et deuicit eos cepitqȝ predictos quinqȝ reges viuos et cepit totam predam ſuam ac cum illis captiuis regibus et cū tota preda venit ad matrē ſuā et diuiſit ſpolia nobilibus et omnibus aliis qui fuerunt cum eo in bello et facta eſt leticia magna ac laudauit deum propter victoriam et mercedem quam ſibi fecerat. Dixitqȝ non habeo pro bono tenere reges captiuos. ſed habeo pro bono liberare eos vt vadant libere in terram ſuam. Soluit ergo illos quinqȝ reges ſarracenos et pcepit q abirent. Sed et ipi regratiati ſunt ꝑpter tantum beneficium venientesqȝ in terram ſuam benedicebant eum et miſerūt ei parias cognoſcentes ſe voluntarie ſuos eſſe vaſallos. Dictus rodericus peregrinans in ſanctum iacobum recepit beatum Lazarum ſub ſpecie leproſi in ſocietate ſua in mēſa et lecto quem inuenit iacentem in luto in via. Dormientibus ergo omnibus qui cum eo erant nocte illa qua ſecum fuit in lecto cum dormiret rodericus inſufflauit ille leproſus flatu magno p ſpatulas roderici ſic q flatus ille peruenit vſqȝ ad pectus et euigilans non inuenit leproſum illum apud ſe. neque amplius eum videre potuit. licet a lecto ſurgeret et eum diligenter quereret. Reuerſus ergo ad lectum et luminaribus incenſis cum diligenter cogitaret in his que ſibi illo leproſo acciderant poſt paululum. Ecce apparuit vir quidē albis indutus veſtibus qui dixit ei. Roderice dormis. Tunc reſpondit et dixit. nō dormio ſz quis es tu qui cū tāta claritate et odore venis. Tunc ille reſpondit. ego ſum ſanctus lazarus quem tu recepiſti et cui multa bona feciſti ſub ſpecie gau et dei amore et propter honorem et bonum quod mihi feciſti concedit tibi deus virum magnum donum q cum flatus ille quē ſenſiſti tibi euenerit. ſcias pro certo q omnia que inceperis in bellis vel alias omnia feliciter cōſummabis. Tuus honor creſcet de die in diem et erit timor tuus ſuper ſarracenos et chriſtianos ſed et inimici tui tibi nunqȝ nocere poterunt morieris morte honorabili nunq eris victus ſed ſemper victor exiſtēs quia deus concedit tibi ſuam benedictionem. fac ergo ſemper bonū. et ſic diſparuit. Ille autem ſurgens a lecto genibus flexis in terra fixit orationem ſuam ad deū gratias immenſas agens propter tanta beneficia ſibi largita. Dic poſt peregrinationem ſuam intrauit in campum cū Martino gundiſalui deficit et occidit eū propter q lucratus eſt ciuitatem calagurritanam pro rege fernando quia erat queſtio ſuper eadem inter predictum fernādum regem. et regem nauarre aragonū cuius eſſet. et facta eſt concordia inter eos q illi duo milites pugnarent et parti victoris ciuitas concederetur

Hoc bello vincunt chriſtiani et occiditur alymaymon rex ſarracenorum.

Epuageſimumſeptimum bellū inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini milleſimo decimo nono. Tunc rex garſias nauarre et rex ſarracenorū Alymaymon congregauerunt exercitꝰ magnos et in loco qui dicitur recumaſeta factū eſt prelium magnum et mortui plurimis ſarracenis victus eſt rex alymaymō et mortuus in bello a predicto rege garſia.

Chriſtiani vincunt per rodericum de viuar peremptis plurimis ſarracenis.

Septuagesimumoctauū bellum inter ſarracenos et xpianos accidit anno domini Milleſimo .xxvij. Tunc cum ſupradictus rex fernādus magnus eſſet in galecia venerunt ſarraceni cum exercitu magno vt conquererent extrematuram. gentes vero illius terre miſerunt veloces nuncios predicto roderico vbiar vt eis ſuccurreret qui cum audiuit non detinuit ſe ſed miſſu ſtatim pro parentibus et amicis ſuis et venit cōtra predictos ſarracenos qui ducebāt predā magnam captiuorum gregum et armentorum et inuenit eos inter adenſiam et ſanctum ſtephanum de gormazo. Jruit ergo in eos viriliter et commiſſum eſt bellum campale aſperrimū vbi plurimi ceciderunt ſarraceni. Deuicit ſarracenos et ſecutus eſt fugientes per ſeptem leucas occidēdo et vulnerando eos et reuerſus eſt honorifice cum tota preda quam ducebant ſarraceni et tot fuerunt ſpolia capta in eo quod valuit. quinta pars ſuit ducentorum equorum et valor centum milium marcarum argenti et que omnia diuiſit ſine cupiditate bellatoribus ſuis et reuerſus eſt in terram ſuam cum diuitijs et honoribus.

Hoc bello vincunt chriſtiani per regē fernandū magnū et capitur viſeū

Septuageſimumnonū bellum inter ſarracenos et xpianos accidit anno domini Milleſimo .xxvij. Tunc predictus rex fernandus magnus congregauit exercitum ſuum magnum et iuit contra ſarracenos portugalie et merdie et baday⁹ quia omnia hec tunc poſſidebāt ſarraceni et cepit viſeum et gameam que ſunt in portugalia et plura alia caſtra que erant circumcirca. et licet in illis remanerent ſarraceni pro vaſallis ſuis fortaliciam ſemper permanebat in regis poteſtate et obſedit viſeum vbi mortu⁹ fuerat rex alfonſus ſocer eius ex ſagitta de quo ſupradictum eſt et in tanta preſſura tenuit obſeſſam quod cepit eam et cepit illum ſarracenum qui interfecerat ſagitta regem alfonſū Extraxitque oculos eius et pies ſedit eius et manus et pedes. In his rodericus ſupradictus fuit ſtrenuiſſimus miles.

Vincunt chriſtiani et capitur lamegus et plura alia loca per fernandum magnum

Octuageſimū bellū inter ſarracenos et xpianos accidit anno domini Milleſimo .xxxiij. Tunc ſupradictus rex fernandus magnus cōgregato exercitu ſuo iuit per lamegum et licet ciuitas eſſet fortiſſima ſtatim tamen obſedit eam et tot ingenia ac caſtra lignea poſuit circumquaque quod fortiſſime conqueſtauit eam quod vi cepit eam in qua inuenit multos ſarracenos et cepit captiuos omnes quos intus inuenit quorum maiorem partem remiſit pro edificando muros que proſtrate fuerant et poſt hec cepit caſtrum ſancti martini quod est iuxta riuum de malua et cepit cum ac terras dicti terraſam et cepit eam. Reuerſus eſt in terram ſuam cum diuitijs et honoribus.

Jſto bello vincunt chriſtiani et poſt ſeptem annos capitur conubrea per fernādum magnū aperiente ſancto Jacobo portas ciuitatis.

Octuageſimumprimū bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini Milleſimo .xxxv. Tunc predictus rex fernandus magnus congregato exercitu ſuo volut habere conubriam et conſilio predicti roderici de viuar peregrinatus ad ſanctum Jacobum dicit enim hiſtoria ubi iuit rex cum ad capiendum illam et inſuper quod in reditu volebat quod eum faceret militem et quod credebat ſe recepturum ciuitatem conubream. Acquieuit ergo rex conſilio eius multas elemoſinas ibidem diſtribuens et manſit ibidem in oratione tribus diebus petens a deo adiutorium quod deſiderabat mentis apoſtoli ſancti. Venit ergo poſt hec cum exercitu ſuo magno et obſedit conubriam poſuitque circum caſtra lignea circumquaque ſed villa erat tam fortis tam magna quod ſeptem annis ſtetit in obſidione ex propter tantam dilationem temporis et inopiam victualium volebant chriſtiani dimittere obſidionem. Sed monachi cuiuſdam monaſterij qui vbi erat nominum dicitur lauriano victualia de manibus ſuis ex longo tempore ſecerdi magnas

prouiſionem victualium ſecrete habebant
enim multitudinem tritici et ordei milij et le-
guminum ſementes ergo q rex volebat re-
cedere venerunt velociter ad regem et dixe-
runt et q non amoueret obſidionem quia
ipſi barones cibaria ex his que longo tempo-
re congregauerant et factum eſt ſic. Nam de-
derunt ſufficienciam exercitui quouſq ſarra-
cenis deficiebat fame. fames ergo et pugna
ſine intermiſſione deduxerunt ſarracenos
ad hoc q venerunt et procedentes ante regẽ
fernandum petierunt pro mercede ſolam vi-
tam et q darent ei villam et omnia bona q
habebant. Pius ergo rex conceſſit eis vitam
et ipſi dederunt ei villam quadam die domi-
ca hora tercia. Sed uerum q predictus rex
erat in predicta obſidione accidit q quidã
epiſcopus grecie dictus Aſſianus peregri-
natus eſt in ſanctum iacobum et cum eſſet
ibidem audiuit ab hominibus ciuitatis q
ſanctus iacobus apparebat ſicut miles in
bellis xpianorũ ſuccurrens eis quod verbũ
diſplicuit ſibi et dixit non vocetis eum mili-
tem ſed piſcatorem. Et cum in hoc pertinaci-
ter permaneret placuit deo q eadẽ dormiret
et apparuit ſanctus iacobus portans in ma-
nibus quaſdam claues et dixit ei hylari vul-
tu tu tenes in derſum q me dicant militem
xpiani et aſſeris q nõ ſim miles. Ideo nũc
veni ad te vt docerem oſtẽdã nec amplius du-
bites de miſtica mea q ego ſũ miles iheſu xpi
et adiutor chriſtianorum contra ſarracenos
et cum hoc diceret traditus eſt ſibi equus
albiſſimus in quem apoſtolus aſcendit ar-
matus omnibus armis mirabiliter ſplen-
dentibus ad modũ militis et dixit ei q vo-
lebat ire in adiutorium regis fernandi qui
iacebat ſuper conimbriam iam ſeptem annis
eam obſidentem et vt ſis magis certus dico
tibi q cum his clauibus quas in manibus
teneo cras hora terciarum aperiam ei por-
tas ciuitatis conimbre et dabo eam regi fer-
nando quibus dictis diſparuit. euigilans
ergo a ſompno predictus epiſcopus aſſyanus bo-
no mane conuocauit clericos et omnes ha-
bitantes in ciuitate dixitq eis que viderat
et audiuerat diem et horam ſignatã aperto-
nis conimbre et ſicut dixit veridice ſic repertũ
eſt. Et tunc predictus rex cepit predictam ci-
uitatem et fecit militem predictũ rodericum
de vinarin maiorem meſquita conimbre cingẽ-
do ſibi enſem et dãdo ei pacem in ore et fuit
vocatus ciduus et reuerſus ẽ rex per ſanctum
iacobum in terram ſuam cum honore.

Vincunt xpiani et capiuntur ac deſtruũ-
tur plurima loca per regem fernandum ma-
gnũ et efficatur tributarius rex tolet.

Entrageſimum ſecundum bellũ in-
ter ſarracenos et chriſtianos accidit
anno domini Mileſimo. xliiij. Tunc predi-
ctus rex fernandus magnus congregato ex-
ercitu ſuo magno ad perairrendam terram
ſarracenorum conquiſiuit quedam caſtra.
Unde plurima mala euenerũt xpianis ſcꝫ
gormatio vadum regis agnileram barbin-
gnã ribam ſanctum mocam et multas alias
turres. Unde ſpeculabantur ſarraceni pro-
pter quas chriſtiani erant diſcooperti cum
intrabant terram illam quas omnes deſtru-
xit. Deſtruxit etiam plura alia fortalitia que
erant in valle de bergecerus et in circuitu ti-
razone vſq medinam celi et exinde venit in
cantabriam et expulit inde ſarracenos poſuit
q eam ſub dominio ſuo et omnia montana
eorum deſtruxit igne et ferro. Et exinde venit
toletum et peremit plurimos ſarracenos et
cepit et deſtruxit talamancam, alcalã
ozedam et lucratus eſt plurima alia loca re-
gni toleti et multitudinem diuiciarum que
omnia diuiſit cum militibus ſuis. Et exin-
de venit ſuper guadal et faiariam et obſe-
dit eam nec requies dabatur habitantibus
in ea pre multitudine ingeniorum et machi-
narum quare illi ſarraceni habuerant mitte-
re nuncios ſuos ad regem toleti vt liberaret
eos bello vel dono. Rex ergo ille Almay-
mõ multitudinem auri et argenti multoſq
pannos precioſos miſit regi fernando petẽs
treugas vt venirent ad eum ſecure q et con-
ceſſum. Venit ergo rex ille ſarracenus et fa-
ctus eſt vaſallus regis fernandi ſic q quolꝫ
bet anno habit ei parias et reuerſus eſt rex
fernandus in terram ſuam cũ magno di-
uitijs et honore.

Vincunt xpiani per regem fernandũ ma-
gnum et efficatur tributarius rex hyſpalen ac
defertur corpus beati yſidori in ciuitatem le-
gionem.

Cuagesimuſecundum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno dñi Milleſimo l. Tunc pres dictus rex fernandus magnus congregato exercitu ſuo venit in portugaliã et obſedit montem maiorem vbi plurima damna rex pciebat conubita et uiſforiter expugnauit eã machinis ſuis qđ breui tempore habuit eã. Ibi apparuit ſtrenuiſſimus miles rudus de viuar qui vadens vt obſeruaret colligentes herbam tres ictes ſarracenorum deuicit. Mouit ergo rex illuſtris exinde exercitum ſuũ in algarbium comburens et deſtruens quicquid inuenire poterat captiuando deſtruendo et occidendo ſarracenos quouſqꝫ peruenit ad ciuitatem hyſpalen. Et tunc benabas mech almucarius rex hyſpalen. videns pdam et magna damna que per ſuum regnũ rex fernandus faciebat miſit et nũcios ſuos cum magnis muneribus et factus eſt eius vaſallus concedens et pariat quolibet ãno. Rex autem fernandus habito conſilio ſuorũ recepit eum in vaſallum et bona petiuitqꝫ ab illo rege ſarraceno corpora ſanctaꝝ iuſte et ruphine. Si volebat eius amorem habere. Reſpondit rex ſarracenus qđ neſciebat vbi erant illa corpora. Veruntamen qđ ſi ipſe ſciret vel quicunqꝫ alius qđ ſibi placebat et nõ ſoluz illud ſed in omnibus alijs in quibus ſibi poſſet complacere. Et tunc reuerſus eſt rex fernandus ſamiorem cum magno otiũ ijs et honorẽ et populauit eandem ciuitatẽ que ꝰ tempore almãzor deſtructa fuerat. Et ex illo loco miſit duos epĩos ſalz legionen. et aſtoricẽ. et comitem mimũ ac duos diuites viros ad regem hyſpalen. pro honorabilibus illis corporibus ſanctarũ iuſte et ruphine. Qui cum peruenerunt ad predictam ciuitatem hyſpalen. recepit eos ille rex ſarracenus cum honore et expoſita ãbaſiata rex habito ſuo conſilio reſpondit qđ de corporibus illis nihil ſciebant. Veruntamen qđ darent eis parias. Epiſcopi autẽ illi cum ſanctum ſteterunt in oratione tribus diebus et ie iunijs quibus ſic in oratione ꝑmanentibꝰ apparuit ſanctus yſidorus dicens eis. Seruũ dei non eſt voluntas dei qđ corpora beatiſſimaꝝ virginũ iuſte et ruphine extrahantur ab hac ciuitate quia hec ciuitas debet conũri a xpianis et vult qđ hic maneant ꝓ conſolatione coꝝ. Sed deus habet pro bono ſem per veſtram ſanctitatem et ꝓpter honorẽ regis fernãdi a quo recepit miſſa ſeruitia qđ deducatis corpus meũ in ciuitatem legionen. Et cum audiuerunt timuerũt timore magno et ſteterunt per aliquam moram attoniti et mirati ꝓpter magnam claritatem et ſentiẽtes mirabilem et non aſſuetum odorem et tunc ſanctus ille confeſſor yſidorus fecit ſignum crucis ſuper eos et ſtatiz redierunt in ſe ipſos et interrogauerunt eũ quis eſſet. Qui reſpõdit ego ſum ille yſidorus qui fuit archiepiſcopus hyſpalen. tunc facta gratiarumactione petierunt ab eo qđ eis oſtenderet locũ ſepulture et oſtendit eis dando certa ſigna eis quõ iacebat in ſibilia veteri et diſparuit ab oculis eorum. Illi vero venerunt ad reges dicentes qđ volebant eis oſtendere quod petebant pla cuit regi et venit cũ militibus ſuis ad locũ ſignatum et fodientes preſente rege inuenit ſepulchrum ſancti confeſſoris et aperientes ſepulchrũ exiuit odor mirabilis in modũ aliuſqui et balſami qui profuit in ſalutem non ſolum xpianorum ſed etiam ſarracenorum et extracto corpore honorifice inuoluerunt oſſa illa nobilibus pannis et rex ꝓpter miraculum quod viderat voluit de oſſibus et voluit accipere illud ſi potuiſſet. Sed cũ hec cogitaret amplius corpus illud videre non potuit et motus eſt intellectus eius in aliud ſic qđ obliuioni tradidit que cogitauerat et poſt hec mouerunt ſe epiſcopi ac alij ambaſiatores cũ precioſo illo corpore per viãs ſuas plurimis miraculis choruſcando. et cũ peruenerunt legionem et rex fernandꝰ ſciuit iuit ad eos cum ſolenni pceſſione. et cũ magno honore poſuit illud ſanctum corpus in quodã monaſterio quod ipſe fecerat in monumento aureo ſuper altare maius et ecclesia illa vocata eſt ſanctus yſidorus quaꝫ dotauit lapidibus precioſis auro et argento ac plurimis poſſeſſionibus. Eſt autẽ monaſteriũ illud quod ego vidi canonicorũ regularium vbi ſunt ſepulture multorum regũ quorũ ymagines tenent cruces in manibꝰ ſiniſtris et in dextris enſes euaginatos.

Vincunt xpiani per regem fernandũ magnũ et ſubiugatur celtiberia et carpetania ac liberatur hyſpania a ſubiectione imperatorum romanorum.

Cvadrageſimumquartum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa predicta tempora. Tunc enim rex fernandus magnus ad requiſitionem regine domine ſancie ſponſe ſue cōgregat exercitum ſuum magnū contra ſarracenos carpetanie et celtiberie que ſibi retinebant debitu et p̄dicta regina de ſuis magnas diuitias pro ſtipendiis militum. Cum ergo p̄dictus rex peruenit ad ... intantum confregit illas et tot ſarracenos occidit et captiuauit ꝙ per vim et contra eorum voluntatem reduxit terras illas ad chriſtianam ſeruitutem. et reuerſus eſt ad terram ſuam cum magnis diuitijs et bona regine in recōpenſationem corporis ... exercitu ſuo dederat omnes pa... ſaracenorum. Celebrata eſt illa ... que vadit a ſancto ſebaſtiano et per ... maris indirectum uſq̄ mare ceſarauguſtanum ... eſt mare mediterraneū et ex flumine ... ad regnum morcie vocatur carpen... rex fernandus liberauit regnum ... imperatori nec recognoſceret ... in temporalibus et hec fuit cauſa ... vocatus magnus ſicut plenius ... in generali hyſtoria hyſpanie. ... regi beatus yſidorus reuelauit ... ſic ut ſe diſponeret pro ingreſſu ... eterne qui venit ad corpus ... et genibus flexis ac coronatus ... ſic orauit Dñe ihesu xp̄e cuius ... poteſtas et omne regnuz quia tu ... omnium regnorū et rex omnium gentium ... reddo tibi nunc regna quod ... ſed peto pro mercede ꝙ anima ... in luce tua non eſt finis qui ... expoliauit ſe veſtimentis ſuis re... decoratus et abſoluit coronaz quā ... capite et poſuit eam ſuper altare ... eſt aliud cum carmen, et iterum ... ad deum et abſolutus ē ab ... de peccatis ſuis et ſtatim ibi recepit ... unctionē ſparſitq̄ cineres ſuper ... ſe deduci in peregrinationem ad ... o calmitam que eſt prope ca... nouem dieb9 ... et appropin... fecit ſe deduci in cabeſom et ... teſtamento ſuo diuiſoq̄ regno trib9 ... Sancio alfonſo et garſie poſt pent... lacrimabilem mū dierum die quar...

ta que fuit dies ſancti iohannis baptiſte bona ſepta o ara benedictione filijs ſuis migrauit ad dominum ſepultus eſt in eccleſia ſancti yſidori cuius legionē intra parte ſuaz quam ipſe de nouo fecerat deduci. Regnauit autem duobus annis et ſex menſib9 et ſuc ceſſit ei in regno caſtelle Sancius filius ei9 primus Alfonſus in regno legionis et garſias in galecia et portugalia.

Dimant chriſtiani et efficitur tributarius rex ceſaraguſtanus per regem ſanciū caſtelle et quō proditore per vellido dolpho occiditur rex iſte ſancius ſecundus rex caſtelle

Cvadrageſimumquintum bellum inter ſaracenos et xp̄ianos accidit anno domini Milleſimoſexageſimo ſeptuageſimo Tunc p̄dictus rex Sanci9 videns ꝙ rex fernandus pater ſuus pro bono te fidei xp̄iane conqueſtauerat prouincias portugalie et luſitanie hyſpaliā et dubeā. tolen celtiberie et carpētanie ſiue reges eas facit tributarij et. Ideo congregato exercitu venit ſup ciuitatem ceſaraguſtanam et obſedit eam ac cuz ingenijs et machinis pluribus de die et nocte eam fortiſſime expugnabat propter quod poſt multa damna que rex expenit ſaracenus rex ciuitatis miſit regi Sancio multitudinem magnā auri et argenti ac lapidum p̄cioſoꝝ et factus eſt eius vaſall9 eam tota terra ſua et tributari9 ... omnibus et9 ſic ꝙ quolibz āno daret ei certū quid et firmata hac pace Reuerſus eſt rex ſanci9 in terrā ſuā cuz diuitijs et honore Iſte rex ſancius nō fuit cōtentus de diuiſione regnorum quā fecerat pater eius fratrib9 ſuis. Et ideo deſiderio habēdi omnia regna. licz penā p̄dixiſſe poſuiſſet pater cuicūq̄ cōtra frangēti diſpoſitiōnem eius Congregauit exercitū magnū. et iuit Primo contra regez garſiam fratrē cum qui erat rex portugalie et galecie Et poſt plurima bella deuicit euz et captuz carceribus mancipauit Deinde bellauit cōtra regem alfonſum fratrē ſuum qui erat rex legionis et deuicto eo in cāpo atq̄ capto poſuit eum etiam in carceribus. licet precibus aliquorum fuerit ſolutus cum conditiōne ꝙ efficeretur monachus et ſic factum eſt. quia in monaſterio ſancti facundi accepit habitū monachalem ſed non permanſit qz diuiſio

habitu receſſit et venit ad regem alymaymō
tolen cum quo moratus eſt bono tēpore uſqꝫ
ad mortem fratris ſui regis ſancij. Sicut er
go manſit rex ſancius rex caſtelle legionis et
portugalie. ſed adhuc nō contentus volui
capere Samorā quam dederat pater ſuus ſo
rori ſue dñe vrrace. Venit ergo ſuper eam
dem ciuitatem et poſt plurima bella cauit
proditor quidem de ciuitate qui dicebatur
vellido dulpho qui factus priuatus regis
quia promiſit ſibi dare modum quomodo ci
uitas caperetur. Rogauitqꝫ regem die quadam
vt ambo irent ſoli lentis paſſibus ut
viderent circumquaqꝫ ciuitatem et ꝙ ei oſtē
deret locum ingreſſus. Cum ergo iuiſſent et
cum rex locus vidiſſet deſcendit ab equo cir
ca flumē vt ſolaretur tradiditqꝫ venabu
lum quoddam deauratū quod manu geſta
bat predicto vellido dulpho ipſe vero receſ
ſit ad ſecreta nature que cum proditor ille ex
aduerſo cerneret inclinatum percuſſit regem
per ſpatulas ſic ꝙ venabulum per pectora
eius exiuit ſubito fugiens recepit ſe in ciui
tatem. Sic ergo maledicto paterno compre
hendi cum vt ſic proditione moreretur. Jacet
ſepultus in monaſterio deonam et ſucceſſit
in regnis predictis Rex alfonſus quia rex
garſias mortuus etiā fuit in vinculis vt ple
nius iſta continentur in generali hyſtoria hyſ
panie.

Vincunt xpiani per regē alfonſum ſextū
et oſſēditur cōfirmatio iuramēti in libertate

Ctuageſimūſextum bellum inter
ſaracenos et xpianos accidit anno
domini Milleſimooctuageſimoter
cio Tunc predictus rex alfonſus ſextus qui
dictus fuit brauo poſt mortē regis ſancij fratris
ſui qui deceſſerat ſine prole habuit omnia re
gna eius pacifice et in tanta pace et iuſticia
tenuit regna ſua qualis non fuerat poſt ex
cidium hyſpanie. Hic ergo rex propter quedam
federa et iuramenta que fecerat regi to
leti alymaymon cum fuit in eius poteſtate
ſcilicet nunquā eundi contra eum nec contra
filium eius et adiuuandi cum cōtra quem
cunqꝫ contrarium cum audiret ꝙ erat obſeſ
ſus a rege cordubeñ. congregauit exercitum
ſuum magnum et venit in eius ſuccurſum.
Cum ergo cognouit rex cordubeñ. ꝙ rex al
fonſus in multitudine graui veniret et eſſet
in eius timore magno paſſus fugit et dein
ceps rex alfonſus firmauit federa predicta
tenens in poteſtate ſua regem toleti in uno
tio ſuo inuitatum et circundatum quingen
tis militibus armatorum ſicut et ipſe tenuerat
eum in ciuitate toleti ne videretur iuramēta
ſeruare que fecerat Exiſtens in alterius po
teſtate ſed libere et poſt hec ambo reges cum
exercitibus ſuis mouerunt ſe contra terram
regis cordubeñ cremantes et deſtruētes villas
loca et caſtra et quecunqꝫ inuenire pote
rant et reuerſus eſt rex alfonſus in terrā ſuā
cum diuitijs et honore.

Vincunt xpiani et efficiuntur tributarij
omnes ſaraceni hyſpanie per regem alfon
ſum ſextum.

Ctuageſimumſeptimū bellum in
ter ſaracenos et chriſtianos accidit
anno domini Milleſimooctuageſi
moquarto Tunc predictus rex alfonſus ſextus
brauo tenuus rex caſtelle congregauit exercitum
tum ſuum magnum et intrauit terram ſara
cenorum comburens et deſtruens quicquid
inuenire potuit et tantum timorem incuſſit
ſaracenis ꝙ omnes ſaraceni totius hyſpa
nie facti fuerant tributarij.

Vincunt xpiani et imponitur nomen rode
rico de viuar Cid adriudus cāpeator.

Ctuageſimumoctauū bellū inter
ſaracenos et chriſtianos accidit an
no domini milleſimooctuageſimo
quinto. Tunc predictus rex alfonſus ſextus
tertius rex caſtelle miſit rodericum didaci
o quinqꝫ regibus quos deuicerat vt ſupra
dictum eſt fuit cognominatus lingua arabi
ca Cid quod idem eſt ꝙ dominus ad reges
hyſpaleñ. cordubeñ. et granate Inter quos
tunc magna verſabatur diſcordia et inimicicia
et multi milites nobiles regni caſtelle iuua
bant almudafer regem granate cum pote
ſtate ſua. Qui omnes iuerunt contra regem
hyſpaleñ. et licet predictus adriudas ſcripſiſ
ſet regi granate ꝙ non bellaret contra regem
hyſpaleñ. quia erat vaſallus regis alfonſi

noluit acquieſcere precibus eius ſꝫ intrauit et deſtruxit uſqꝫ ad locum qui dicitur cabre quicquid inuenit. Quod cum cognouiſſet predictus adrudas congregauit omnes ſaracenos et chriſtianos quos tunc habere potuit et iuit viriliter animo contra eos. Sed reſidentes cum milites qui erant cū rege granatẽ nunciauerunt ei ꝙ non erat contra illa propter eū, nec propter alios ſibi ſimiles. Quo audito cogitauit ꝙ non eſſet et honor ſi non committeret eos. venit ergo contra eos et bellauit cum eis in campo et durauit bellum ab hora terciarum uſqꝫ ad ſextam horā et ceciderunt multi ex parte regis granate ac deuicit eos fugeruntqꝫ per vim a campo ſaraceni et cepit in bello comitem garſiam ordoneum et alios milites qui iuuabant ſaracenos tenuitqꝫ eos in vinculis tribus diebus et trib⁹ noctibus et dimiſit eos. precepit ergo victoria habita ſpoliari campum et reddidit predam quaꝫ portabat regi hyſpalē. ſic et vnuſquiſqꝫ cognoſceret que ſua erant et reuerſus eſt ad regem alfonſum cum magna diuitiis et honore et cum parijs predicti regis hyſpalē. Et extunc ſaraceni et xpiāni vocauerunt eum adrudas campeator que omnia multum placuerunt regi alfōſo.

Vincunt xpiani et capiuntur ſeptem milia ſaracenorum per cid campeatorē et quō per inuidiam expellitur a regno.

Quadrageſimumnonum bellum inter ſaracenos et xpianos accidit poſt predictū bellum paucis elapſis diebus Tūc enim rex alfonſus ſex ꝑtis p̄dictis Congregauit exercitum ſuū magnū et intrauit terram ſaracenorum vſqꝫ adaliā vbi plurima damna eis intulit. Sed cū ipſe eſſet in partibus illis bellando cōgregati fuerunt ex aduerſo plurimi ſaraceni et intrauerūt ꝑ regnū caſtelle obſederuntqꝫ gormaꝫ et fecerūt in terra illa multa mala et damna. Cid autem adrudas campeator qui remāſerat infirmus in receſſu regis et iam conualeſcebat audito damno quem ſaraceni faciebāt congregauit omnes gentes quas potuit et iuit contra terram toleti et percurrit illam deſtruens quicquid inuenire poterat et⁹ deduxit ſecum preter alias diuitias ſeptem milia ſaracenorum inter viros et feminas. et ſic reuerſus eſt in caſtellam cū honore. Iſtud factum ſeminauit inuidie ſium inter multos caſtelle. Et ideo tenuerunt modum cū rege alfonſo ꝙ cum campeator eſſet expulſus a regno et ſic factum eſt et cum recederet nocte quadam cū dormiret dictum eſt ei in viſiōe vade audacter et noli timere ſemper tibi bene erit dum vixeris criſpoues et honoratus et in ſuo receſſu cepit vnū caſtrum ſaracenoꝝ quod dicitur ſuper henares et dicitur caſtrejō gentes vero ſue percurrerunt terras illas vſqꝫ guadalfaiarā. Et congregatis omnib⁹ ſpolijs quinta pars deputata ipſi cū fuit vendita ſaracenis pro triū milium marcharum argenti.

Vincunt chriſtiani et capitur alcozar per Cid campeatorem

Quinquageſimum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit ſequenti die. Cum enim p̄dictus Cid adrudas campeator iret in confinibus regni bellauit cum ſaracenis de alcozar et occidens plurimos eorum cepit locum illum quadam arte mirabili ibi inuenit plures diuitias et iſtud factum magnum intulit timorē ſaracenis omnibus terolij et calataiubꝗ propter qđ ſemp ferunt regi valentie abuacarque acciderant dicentes ꝙ ſi non ſuccurreret eis ꝙ etiam caperent terram eorum.

Vincunt chriſtiani fugatis et vulneratis duobus regibus per Cid Campeatorem

Quinquageſimumprimum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit paucis elapſis diebus poſt predictum bellum. Quia tunc rex valentie vidit ſupradictas literas et miſit duos reges cum mil⁹ milibus armatorum et cum omnibus alijs gentibus illius frontarie veneruntqꝫ ſupra locū de alcozar et obſederunt ibi ipſū Cid adrudas campeatorem cum militia ſua tenueruntqꝫ ibi cum obſeſſum tribus ebdomadibus et abſtulerunt ei aquam. gentes autem quas cum habebat in numero erant pauce quia ſolum erant quadringenti equeſtes et mecum pedites. Videns autem ꝙ aquam perdiderant die quadam parauerūt arma ſua et armauerunt ſe ſecretiſſime et ſu

ſuis apertis unius exeuntes irruerunt viri-
liter in ſaracenos ex inſperato. Sed cū illi
videntes eos venire paraverunt ſe vt melius
potuerunt et ſtatim factum eſt prelium ma-
gnum ceciderunt plurimi ſaraceni. Sed
et inter cetera ſtrenuiſſima q̄ ibi fecit Ipſe ad
quendam militem ſaracenū ſenens eiſe nu
do diviſit in duas partes vi equus ſuus dat
ret cuidam militi ſuo qui pedes pugnabat
equo ſuo mortuo et vnum regem illorum duo
rum qui dicebatur ſeris perar ſic letaliter ꝑ
per quod dedit terga. Alius vero rex qui
dicebatur gualuc fuit etiam percuſſus in ca
pite a martino antolines milite ſtrenuo pro
per quod etiam dedit terga. Videntes ergo
ſaraceni ꝙ reges fugiebant et omnes ipſi o
more perculi relicto campo fugerunt et ſe
cuti ſunt eos chriſtiani occidentes et vulne
rantes eos ſine numero quouſqꝫ pervenerūt
ad portas ierolij et calandij quia rex ſeris
fugit ierolinꝫ et gualuc calatambium et in
de reverſus eſt cum bellatoribus ſuis ad lo
cum vbi fuerat bellum et expoliaverunt cam
pum vbi multas divitias invenerunt et in
ceteris de equis ſaracenorum poſt ꝙ congre
gaverunt eos quia erāt ipſi invenerunt qui
genros et decem deferunt de equis chriſtia
norum quindecim et intraverunt caſtrum ſuū
de alcozar cū magnis divitijs letantes et bo
nore de equis vero quos habuit pro parte
ſua virtuoſus Cid miſit .xxx. cū ſellis et fre
nis et ſingulis enſibus pendentibus ex arzo
nibus in donum regi alfonſo caſtelle prede
cto vt haberet amorem eius quia irat⁹ erat
ab eo vt ſupradictum eſt.

Vincunt chriſtiani et fugat rex dernie o.
comes romanꝰ capitur per Cid cāpeatore.

Onageſimūſecundum bellum inter
ſaracenos et chriſtianos accidit an
no domini Milleſimooctuageſimo
octavo. Tunc predictus Cid campeator cū
eſſet eius timor ſuper omnes ſaracenos et
ſuꝑ auguſtanos valentinos et ſuper omnes
illarum partium acceptis electis militibus
ſuis ivit ad percurrandam terram ſaraceno
rum et pervenit vſqꝫ ad locum qui dicit⁹ bu
erca et vſqꝫ ad montem albanū ſpacio quin
ꝙ dierum et cepit ſomus eius inter omnes
ſaracenos et chriſtianos. propter quod co-
mes remō berengel barchinonen̄. qui in ſua
recommendatione habebat illos ſaracenos
cōiunctus fuit beualphaac regi deme. Qui
magnis exercitibus congregatis ſecum ſunt
predictum Cid campeatorem cogitātes ꝙ
ab eo.um manibus evadere non poſſet pꝫ
ſe autem ad tunc deducebat magnam ꝑdaꝫ
pervenerunt ergo ad eū nuncij ex tonar
ret predictus comes remon volui acceptat
re verba honeſta ipſius Cid ſibi nunciantis
ꝙ nihil ducebat ď ſuo et ꝙ dimitteret eū in
pace. Videns ergo virtuoſus Cid eorū ſu
perbiam qui tollere volebant ea que ipſe in
cratus fuerat ab inimicis dei et legis noſtre
irruit in eos viriliter et ceciderūt multi ex ꝑ
te adverſa. Alij vero quaſi innumero fuerūt
vulnerati et dedit eos cepitqꝫ predictū co
mitem vnum et lucratus eſt illa vice enſem
qui dicebatur colada. Sed poſt tercium deꝫ
virtuoſus Cid liberavit comitem predictū
et remiſit eum ad partes ſuas cum duobus
militibus.

Vincunt chriſtiani et fugatur iterum rex
denie per Cid campeatorem.

Onageſimūterciū bellū inter ſara-
cenos et xp̄ianos accidit āno dñi mil-
leſimooctuageſimonono. Tunc ꝑ
dictus benalfaac vna cum predicto comite
remon venerunt cum multitudine gravi et
obſederunt caſtrum de almenar regis ceſar
auguſtani qui erat valde confederatus ipſi
Cid cāpeatori miſit ergo rex ceſaraguſtan⁹
pro Cid campeatore ſibi confederato vt ſuc
curreret caſtro ipſius. Qui venit ſuper eos et
commiſſum eſt durum bellum effuſaqꝫ eſt
multitudo ſanguinis. Sed finaliter vicit coſ
Cid qui nunꝙ victus fuerat et fugierunt a
campo rex abenalfaac. et predictus comes
ſecutuſqꝫ eſt eos per tres leucas occidens
et vulnerans plurimos eorum et reverſus ē
cum multitudine captivorum et cum ma-
gnis divitijs et honore in civitatem ceſarau-
guſtanam vbi honorifice et cum magna le-
ticia fuit receptus.

Vincunt chriſtiani et capitur caſtrum de
rudea per Cid campeatorem qui obtinuit

priuilegia magna pro nobilibus et ciuib' caſtelle.

Onageſimumquartum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini milleſimononageſimo. Tunc predictus rex alfonſus ſextus hiſpanorum rex caſtelle venit in ſuccurſum cuiuſdam vaſalli ſui ſaraceni contra vnum vaſalum qui ſe eleuauerat cum caſtro de rueda quod eſt prope ceſaraguſtam. Saracenus autem ille qui ſe eleuauerat cum caſtro habuit verbum ſuum cum infante ramiro qui erat ex parte regis alfonſi dicens quod volebat dare caſtrum predicto regi alfonſo et cepit colloquendo cum rege inuitauitque eum ad prandium intra caſtrum ſed rex non acceptauit conuiuium illuminatus a deo quia erat conuiuium prodicionis. Intrauerunt ergo cum eo ad conuiuium predictus infans et comites garſias quia cum fuerunt intra caſtrum occiſi ſunt lapidibus quod factum nimis diſplicuit regi et cogitando vituperium quod ſibi fecerat ille ſaracenus miſit pro Cid ruidas campeatore qui libenter venit ad mandatum eius erexit cum rex honorifice. Narrauitque ſibi omnia que receperat ab illo ſaraceno. Tunc peperat et ei inuitauit eum quod veniret ſecum in caſtellam ſed noluit acquieſcere quouſque concederet ſibi ſequentia ſcilicet quod cum aliquis nobilis haberet exire de regno quod daretur ei ſpacium .xxx. dierum. Secundo quod nihil faceret contra aliquem nobilem nec ciuem niſi primo eſſet exauditus ſicut debet eſſe de iure. Tercio quod nihil faceret contra foros et priuilegia ad bonos vſus villarum et locorum: quanto quod faceret ipſis foros ſcilicet ſine guerra et ſi contra hec faceret quod propter hec tota terra poſſit rebellare et clamare quouſque fieret emenda per regem que omnia rex conceſſit ſibi et iterum inuitauit eum quod ſecum veniret ſed ipſe noluit quouſque vindicaret ipſum de illo ſaraceno proditore. Regraciatus eſt ergo rex alfonſus ſibi et reuerſus eſt in caſtellam. Virtuoſus vero Cid obſedit caſtrum predictum et in tanta preſſura poſuit eum quousque moriebantur fame nec poterant iam bellare pre fame et volebant ſibi dare caſtrum ſi ſaluaret vitam eorum. ſed ipſe noluit vt vindicaret regem cepit ergo viribus caſtrum et captiuauit ſaracenum illum aluoſalas et omnes qui erant cum eo omnes occidit preter aluoſolas proditore et aliquib' ſuis quos miſit regi alfonſo placuit ergo regem cum vidit preſentem ſibi dominum ipſius Cid campeatoris et fecit magnam iuſticiam de iſto proditore et de ſuis et regraciatus eſt ipſi Cid quia vindicauerat eum.

Vincunt chriſtiani et fugatur rex deni et capitur rex aragonum per Cid campeatorem

Onageſimumquintum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit anno domini Milleſimononageſimo quinto. Tunc predictus Cid campeator congregatis militibus ſuis iuit ad peruadendam terram ben alfaie regis denie quod cum rex ille ſciuit doluit valde et miſit veloces nuncios ad petrum regem aragonie cum quo erat federatus quod veniret ad adiuuandum eum contra Cid campeatorem qui etiam dolens quia cum intrauerat terram ſuam ſimiliter congregauit exercitum ſuum et ambo reges venerunt ſuper eum qui erat edificando quoddam caſtrum ſuper modella quod dicebatur alcola parauerunt ergo ibi acies ſuas et commiſſum eſt durum bellum et ceciderunt multi ſed finaliter habuit victoriam Cid campeator de illis duobus regibus et fuit captus rex aragonie cum multis comitibus et militibus ſuis. Alij vero dederunt terga et cum hac honorabili preda reuerſus eſt ceſaraguſtam vbi cum magna leticia et honore receptus fuit a rege et filijs eius. Sed virtuoſus Cid compaciens regi petro et ſuis militibus quia chriſtiani erant ſoluit eos et permiſit eos ire libere in terram ſuam. Et poſt hec venit Cid campeator in regnum cum diuitijs et honore qui receptus fuit a rege alfonſo honorifice et dedit ſibi multas villas et caſtra ac priuilegia quod quemcumque locum caperet a ſaracenis vel alijs inimicis eſſet ſuum iure hereditario et ſucceſſorum ſuorum.

Vincunt chriſtiani et capitur toletum ac plurima loca per regem alfonſum ſextum

Onageſimumſextum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit anno domini Milleſimononageſimo quinto. Imperante henrico et ſedente in ca

abedra petri gregorio ſeptimo. Tunc predictus rex alfonſus beatus tercius Rex caſtelle congregauit exercitum ſuum magnum et uenit ſuper toletum. Erat enim iam ſolutus a iuramento quod fecerat alymaymon regi toleti propter eius mortem et filij ſui yſen. Uenit ergo predictus rex et cogitauit quomodo capere poſſit ciuitatem illam tam magnam et tam fortem et recordatus eſt verbi quod audiuit cum eſſet ſub arbore in orto regis predicte ciuitatis quando erat cum predicto rege alymaymon. Querebant enim inter ſe conſiliarij predicti regis ipſo preſente rege quomodo poſſit capi ciuitas illa tam fortis et reſpondit vnus illorum quod non poterat capi niſi ſeptem annis eſſet obſeſſa ſic quod nulla prouiſio poſſit intrare et tunc in octauo anno poſſet capi pre fame. Iſtud verbum audiuit rex alfonſus. Illi cogitabant quod dormiebat ſic ergo cum venit ex hoc verbo abſtulit eis panem et vinum et fructus per quatuor annos et hoc vindicauit per totam terram et tenuit eam obſeſſam aliis quatuor annis ex quadruplici parte ciuitatis et cum intra ciuitatem eſſet populus ſine numero defecerunt eis iam victualia et ſub quibuſdam pactis data eſt eis ciuitas in die ſancti vrbani menſis may. et capta ciuitate illa que quondam fuerat honor et gloria gotorum exiuit inde et perrexit omnes terras circumquaque et cepit tunc ſanctam Eulaliam maquedam albaniam arganzam ſcalonam eſcalam butragam atcuſiam ozaman berlangam et medinam celi et plurima alia loca et reuerſus eſt toletum vbi collocauit thronum ſuum et fecit ibi habitationem ſuam et facta eſt meſquita maior eccleſia cathedralis dicta ſancta maria et fecit quod eligeretur archiepiſcopus qui eſſet primas hyſpaniarum et donauit eccleſiam illam pluribus villis caſtris locis et poſſeſſionibus honorifice ſicut et nunc eſt et in die conſecrationis eccleſie obtulerunt rex et regina de theſauris ſuis et poſuerunt in illa eccleſia reliquiarum multitudinem quas habebant propter quas venerandas et indulgentias obtinendas concurrit ibi multitudo populi ex toto archiepiſcopatu certis temporibus anni.

Uincunt chriſtiani cruce ſignati tranſeuntes in terram ſanctam et capiuntur ciuitates nicea et antiochia.

Onageſimumſeptimum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit anno domini Milleſimononageſimoſeptimo ſedente in cathedra petri vrbano ſecundo predictus papa anno domini Milleſimononageſimoſexto apud clarimontem aluernie in menſe nouembris conſilium celebrauit vbi expoſita eſt miſeria ciuitatis hieruſalem dedecus chriſti et opprobrium nunciatur conſilium et auxilium poſtulatur. Unde occidentis populi innumerabilis multitudo duces comites et nobiles ignobiles diuites et pauperes epiſcopi clerici et religioſi ſenes pueri et puelle dolentes loca ſancta prophanari a gentibus et thurcis ab appulia prouincia lingua occitana hyſpania Aquitania batauia normania Schocia flandria francia germania lotharingia borgundia lombardia. alie prouincie regnis et terris nullo vinculo ſignante ſed omnes pari fide et voto et deuotione innumeras chriſti vitam ire ſe parentes ſigno crucis ſignati pace firmiſſima vbique terrarum compoſita de terris ſuis egredientes nullum in tanta multitudine regem habentes niſi chriſtum ſepulchrum ipſius tanto tempore ſub ſeruitute redactum proponunt reddere libertati et quanto quiſcunque promtior erat prius ad mundi miliciam tanto erat promtior modo ad dei miliciam exercendam. Iudeos vero in vrbibus quas tranſibant credere compellebant vel trucidabant. Unde multi zelo paterne legis mutuo ſe peremerunt. Alij credere ſe ſimulantes poſt ad iudaiſmum relabantur. Et ſi queratur quis incitauit predictum vrbanum papam vt crucem predicaret et quis tantam multitudinem commouit. Reſpondetur quod hoc venit ex inſpiratione diuina que facta fuit cuidam pauperi religioſo viro gallico qui dicebatur petrus heremita qui cum peregrinaretur ſanctum ſepulchrum videns loca ſancta ab impijs irreuerenter tractari. videns etiam venerabilem ſymonem ciuitatis patriarcham cum ſubditis ſuis viliter et cum omni abiectione et pluribus oppreſſionibus affligi commota ſunt viſcera eius vehementer et cepit intus contriſtari cogitare ſi commode poſſet aliqua ſubuenire. Cum autem quadam nocte ro-

minæ reſurrectionis in eccleſia lachrymis et orationibus domino ſupplicans pernoctaret longo vigiliarum labore fatigat⁹ ſupra pauimentum eccleſie ſomno burnaret⁹ immo ſepe paululum dormitare. dominus autem ieſus chriſtus apparuit ei in ſomnis iniungens ei legationem ad dnm papam et ad principes occidentales pro liberatione terre ſancte quam legationem ipſe fideliter adimpleuit veniens ad predictum papam et omnes alios principes chriſtianos cum literis predicti patriarche et aliorum fidelium hieroſolimis commorantium. Sic ergo congregati ſunt omnes ſupradicti cum petro heremita. Erat autem huius ſancti exercitus eminentiores Ademarus podieñ epiſcopus. Godefrid⁹ dux lotoringie euſtacius et baldonius fratres eius. Robertus comes flandrenſis. Rodolfus comes metenſis. Hugo magn⁹ frater regis francorum. Stephanus comes bleſenſis. Raymund⁹ comes toloſe et ſancti egidij. Boemundus dux apulie. Robert⁹ comes normanie. Anſhelm⁹ de aboldamũ et Raymundus torent. Fertur autem quod ſidacus campeator fuerat inuitatus ab iſtis principibus pro iſto paſſio faciendo propter ſu⁹ magnam famam. Sed ipſe occupatus cum rege alfonſo contra ſaracenos in expugnatione toleti et aliorum locorum vt infra dicetur ſed ab illo conuino facto excuſauit et expoſita etiam ſua ſancta occupatione et creditur tunc tranſfretaſſe plus quam ducenta milia chriſtianorum inter quos Hulfrenus de ...tibus multos inſultus hoſtib⁹ inferens ...que damna vna die rugientem leonis a ſerpente circumligari audiuit quos ſocijs diſſuadentibus accedens audacter ſerpentem truncauit leonem liberando cui⁹ rei leo immemor eſſe non ſequitur vt lepore⁹ et quãdiu in illa terra fuit multis feras et comoda in venatione ... et bello et quacunque vidit domino adverſari ſubito proſternebat nec dño recedente in naui poſitũ o relinquere voluit ſed nautis nolentibus eum recipere vt potuit animal crudele ſecutus eſt dominum ſuum natando per maria quouſque deficit. Anno ergo predicto ſcilz Millesimononageſimoſeptimo et exercitus dominum fincos pagan ceuz ...it ei factum eſt primum bellum magnum cum ſaracenis ad pontem fluminis pharphar nono kalendas marcij vbi multo ſaracenorũ ſanguine effuſo victi ſunt a chriſtianis Et caste ſunt ciuitates Thoca et laodicia et licet eſſent tanti in exercitu tanta fuit rerum omnium habundantia vt aries vno denario, bos vero duobus nummis duodecim venderetur.

Vincunt chriſtiani et capitur antiochia.

Onageſimumoctauum bellũ inter ſaracenos et chriſtianos accidit anno predicto ſcilz Milleſimononageſimoſeptimo. Cum enim exercitus dominum predicta obtinuiſſet loca et in manu imperatoris Conſtantinopolitani reliquiſſet profectus inde varijs tranſactis regionib⁹ et plurimis diutino labore plurimum fatigati menſe ſeptembri ante ciuitatem antiochie. Nam que tunc erat ſaracenorũ ſubiecta diuino caſtra locauerunt. Cum autem per menſes nouem in obſidione ciuitatis continue laborarent et varijs tribulationib⁹ eſſent oppreſſe vz famis frigoris yemalibus ymbribus et multimodis egritudinib⁹ ac diuerſis moribus gentibus a ſtructis in ciuitate cõmorantibus ſibi illatis parum profeciſſent nec vllis bellicis inſtrumentis contra muniſſimam ciuitatem preualerent. Reſpexit deus afflictionem populi ſui per quendam fidelẽ chriſtianum in ciuitate ſub infidelium dominio cõmorantem qui de nocte per ſcalam dominum boamundum principem tarentinum clam cum militibus in ciuitatem recepit. Illi vero portas vi aperientes interfecto eius duce nomine Acciano cum alijs fere, et militibus quibuſdam alijs venalis mancipatis cum ſtatim nobilem multarum prouinciarum a dic hos antiquis metropolim et mediantem diuino munere poſſederunt.

Vincunt chriſtiani et fugatur corboran⁹ cum exercitu ſuo antiochia ab eius obſidione liberatur et inuenitur lancea qua perforatum fuit latus chriſti in cruce.

Onageſimumnonum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit anno domini Milleſimononageſimo

octavo. Capta enim antiochia ut predictum est nox supervenit Corbobanus magno cum exercitu paganorum et christianos obsidens tantaque fame afflicti sunt ut vix se ab his qui ab humanis carnibus abstinerent medias. ergo perurgente et fame intolerabili compellente de necessitate facientes virtutem pauci contra multos ad prelium coacti sunt exire. lancea domini sancta qua latus eius in cruce fuerat perforatum que paulo ante sub terra per revelationem reperta fuerat eos pro vexillo precedente exercitu christianorum innumeram infidelium multitudinem audacter ingrediens et brachio extento viriliter pugnans divina protectus adiutorio gloriose de hostibus obsidentibus triumphavit aliis gladio necatis aliis terga vertentibus equorum velocitate presidio fuga elapsis. expoliavit ergo campum exercitus domini et tantum auri et argenti equorum et victualium copiam invenerunt ut omnes animalibus divitiis et victualibus supra modum habundantes cum hymnis et laudibus civitatem ingressi domino pro tanta victoria gratias retulerunt. lancea vero christi fuit hunc modum reperta. Apparuit enim sanctus andreas cuidam rustico provinciali dicens venias ostendam tibi lanceam christi. et rusticus eidem capta antiochia fodiens in ecclesia sancti petri in loco sibi ostenso presente raymundo comite tolosano et capellano suo lanceam invenit. Dubitantibus autem plerisque quidam bartholomeus nomine christo sibi apparente certificatus ignem licet per medium quem fieri iussit illesus transivit cum lancea et sic exercitus domini fiduciam habens in christo et lancea a tempore apostolorum usque intrepidus processit.

Qualiter christiani cruce signati et capitur civitas sancta hierusalem.

